

Roche

Summa moral del P. Roche

na

to  
Lo Notario

~~Notario~~

8h - 6B.p

# PROMPTVARIUM MORALE

EXAMINANDORVM, AC  
EXAMINANTIVM.

A R. P. F. LAURENTIO ROCHE,  
*Lectore Iubilato, Sancti Officij Inquisitionis  
Qualificatore, & Provinciali Provinciae  
Maioricensis Ordinis Minorum,  
elaboratum.*



CVM LICENTIA:

---

Impelona: Apud Martinum Gregoriũ  
Zabala, Typogr. Regni Navarrae.  
Anno M.DC.LXXVII.

ESTE LIBRO  
es de Juan Josef  
Perez el Notario

Roche

## A P P R O B A T I O.

**D**E mandato Reverendissimi P. N. Fr. Jo-  
 seph Ximenez Sernaniego Ministri Gene-  
 ralis totius Ordinis Seraphici P. N. Francisci,  
 accuratius evolvimus, & perlegimus librum,  
 cui titulus est, *Promptuarium Morale*, stu-  
 dio, & labore Reverendi admodum P. F. Lau-  
 rentij Roche, laureati Lectoris, & Provinciae  
 Majoritarum Patris expressum: nihilq; in eo  
 deprehendimus, quod vel doctrinae, qua sac-  
 ra, seu Romana Ecclesia proficitur, puritate,  
 vel morum probitate offendat. Miramur ta-  
 men singulari arte elaboratum; Timantes haud  
 dubio iuxta Auctoris ingenium, in cuius ope-  
 ribus (teste Plinio lib. 35. cap. 10.) plus qua-  
 marseffigiabat penicillo exhibebat exactum. In  
 brevitate circumlinearum velamine ingessit ad labat  
 pictura insipientibus. Volumen parvum, sed  
 magnitudinis excellentiam praefert, quod tor-  
 neq; ignobiles penitus exaratas materias ad  
 viguem exanimatas (velut in latere Hierusa-  
 lem cincta muris, turribus distincta specta-  
 batur) contineat. In eo inertibus fere mediis ad  
 est, Tyronibus solatium, & ad matum arma  
 doctis adhibentur. Approbandum igitur ius-  
 titia definit; laudandum gratitudo postulat, ty-  
 pis mandandum rogat utilitas publica. Datis  
 in hoc Sancti P. N. Francisci Pompeionensi  
 Conventu die 14. Februarii, Anni 1677.

Fr. Franciscus Relio,  
 Lector Jubilatus.

Fr. Ioseph Ybanez,  
 Lector Theologiae.

**F**RATER Ioseph Ximenez Samaniego  
totius Ordinis Fratrum Minorum Sera-  
phici P. N. Francisci Minist. r Generalis, &  
seruus, &c. P. Fr. Laurentio Roche Lectori  
Iubilato, & Provinciae nostrae Maioricensis  
Patri salutem, & pacem in Domino nostro  
Iesu Christo. Quoniam a nobis facultatem  
postulasti, vt typis mandares librum a te ela-  
boratum, cui titulus, *Promptuariū Morale*,  
quem (nostris statutis stando) duobus Theo-  
logis nostri Ordinis videndum, & approbā-  
dum commisimus; & vt ab ipsis nobis relatum  
est, nihil contra Christianam pietatem, con-  
tinet, quin potius eam sana doctrina predic-  
ti libri excitat, & promouet: Ideo virtute  
praesentium (quoad nos attinet) nostram be-  
nedictionem, & facultatem tibi largimur, vt  
merito Sanctae obedientiae, possis praedictum  
librum typis mandare; seruari in omnibus  
tam, quae Conciliū Tridentinum statuit, quā,  
quae nostrae constitutiones, & Regalia Statu-  
ta ordinant, & disponunt. Datum in nostro  
Conuentu Seraphici Patris Francisci Matrini  
25. die Februarij anni 1677.

*Fr. Ioseph Ximenez Samaniego,*  
*Minister Generalis.*

Locus ✕ Sigilli. De mandato sua Rmæ. P.  
*Fr. Ioseph Galiana, Secretarius*  
*Generalis Ordinis.*

APPROBATIO

**E**x mandato Regij, & Supremi Na-  
 varre Senatūs librum, cui titulus,  
*Promptuarium morale ex ammandorum, ac  
 examinantiarum* cuius Author, R. admo-  
 dum H. Fr. Laurentius Roche, Lector eme-  
 ritus, Sancti Officij Inquisitionis Qualifica-  
 tionis, iam diuissimæ Provincialis Sanctæ Pro-  
 vincie Melitensis Sancti Francisci, quan-  
 ta attentione potui legi: nihilque in eo aut  
 fidei Catholicæ ditionum, aut bonis,  
 & honestis moribus contrarium reperio  
 quin potius plarima, quæ ipsum, &  
 eius Authorem maxime commendant  
 inveni. In eo siquidem Author diversas,  
 & opone innumeras, sententias, quibus  
 scatur hoc mare magnum Theologiæ mo-  
 ralis, sic in unum brebiter colligit, ut nul-  
 lus potiori iure possit decantare illud,  
 quod in Præfatione ad sua Politicæ olim  
 certinensit ostendit: quid utilius potui, quàm  
 tot sententias in unam brebiter condacere?  
 Nec minori dignus est laude, eo quod in  
 tanta opinionum varietate meliores, &  
 tutiores semper eligat, iuxta Augustini



Eus



Eugubini consilium ; *propositis multis  
sententiis, feligenda sunt meliores; quod si in  
qualibet doctrina est utile, & salutare, in  
nulla tamen utilius, quam in Theologia  
moralis, Et ne quidquam huic operi desit  
ex his, quæ desiderari possunt, ut plene  
commendatum habeatur, & ut æquum  
est, ab omnibus æstimetur, omnia præ-  
stat eius Auditor mira, & singulari clari-  
tate, facili methodo, & stylo suavi, ut ex-  
perietur, qui legerit. Si ergo, ut fert com-  
mune prologium, *ambo tulit puerum,  
qui miscet utile dulci, opus*, in quo tanta  
utilitas tanæ dulcedinæ, & claritatis in-  
venitur admixta, iure optimo est dignum,  
ut in lucem prodeat, merito debet non  
solum ab examinandis, & examinantibus,  
verum & ab omnibus Theologiæ mora-  
lis studiosis præ manibus haberi. Hoc  
meum iudicium, salvo semper &c. In  
hoc Seraphico Pompelonenſi Conventu  
die 19. Octobris anni 1676,*

*Fr. Franciscus de España*

*Lector Theologiæ.*

LICENCIA ; Y TASSA DEL REAL,  
y Supremo Consejo de Navarra.

**D**Oy se, y testimonio yo Joseph Mar-  
tinez Secretario del Real Consejo  
deste Reyno de Navarra, q̄ al M. R. P. Fr.  
Lorenzo Roche, Letor Iubilado, Califica-  
dor del S̄to Oficio de la Inquisiciõ, y Pro-  
vincial q̄ ha sido de la Provincia de Ma-  
llorca de la Orden de N. P. S. Francisco,  
se le ha concedido licencia, y facultad pa-  
ra poder imprimir, y vender vn libro in-  
titulado: *Promptuarium morale examinanda-  
dorum, ac examinantiũ*, atento ha sido apro-  
bado por el R. P. Fr. Francisco de España,  
Letor de Theologia en el Convento de S.  
Frãcisco desta Ciudad: Y asimismo doy  
se, que el Cõsejo Real remitiõ la tassaciõ  
del dicho libro al muy Illustre Señor Don  
Francisco Enriquez de Ablitas del mis-  
mo Cõsejo, y cada pliego del dicho libro  
en papel ha tassado à cinco maravedis,  
como todo lo dicho consta de los autos, q̄  
quedan en mi Oficio; en cuya certificaciõ  
firmè en Pamplona à ocho de Março de  
1677.

*Joseph Martinez Secret.*

EX commissione Illustrissimi, ac Re-  
 verendissimi Domini D. Fr. Petri  
 Roche Ordinis Seraphici, meritissimi  
 Episcopi Pompilonensis, à Consilij Re-  
 giae Maiestatis, librum, cui titulus est,  
*Promptuarium morale examinandarum, &*  
*examinantium, vidi, & legi, & ingenuè fa-*  
*cteri compellor, quod Seneca Epistola*  
*45. Indulgentiae scio illud esse, non iudicij,*  
 quod haec commissio, ut discipulam me  
 quaesivit, non ut emendatorem. Nihil  
 in illo reperi aut fidei Catholicae disso-  
 num, aut bonis moribus absolum: sed po-  
 tiuslectionem eruditam, electionem mi-  
 rabilem, doctrinam solidam, stylo suavi,  
 & clara methodo illustratam. Ab eius  
 laude abstinere non valeo, & aptiora hic  
 seculo ferunt verba Plinij, in suis Epistolis:  
*nihil est quod discere vultis, quod ille docere non*  
*possit, mihi verè, quoties aliquid abest, qua-*  
*to, ille Tresaurus est: Auream certè vnde-*  
*que est opus, fertilis notitiarum ager,*  
*herausus delectabilis Theologiae mora-*  
*lis, legitimus partus tanti sapientissimi*  
*Authoris P. P. Laurentij Roche Lectoris*

*Jubilati, Sanctæ Inquisitionis Qualificatoris,  
 Exprovincialis Sanctæ Provinciae Maioricen-  
 sis Religionis Franciscanæ. Subtilitatem  
 doctrinæ aperire cuius intelligētis, & cla-  
 ritatē adiungere brevitati omnes scrip-  
 tores desiderant, vix pauci repererunt,  
 hic autē vnus facilē est adeptus. Merito  
 tale opus omnium votis multis annis est  
 exoptatum, & vt bonum publicū vniuer-  
 saliter petitum. Quisquis illo pervolvē-  
 do incubuerit, sui studij vberē colliget ser-  
 getē, nam, quamvis volumen est pigmēū,  
 & paucis folijs accinctum, eminentia supe-  
 riori omnibus administrat Magisterium,  
 moralitati splendorem, fomentum conscien-  
 tiæ, stimulum pigritiæ, sapientibus solac-  
 tium, insipientibus confusionem. Itaque  
 non solum dignū prælo ex iustitia fatetur,  
 sed quod ipse manibus ab studiosis semper  
 habēatur. In hoc Seraphici P. N. Francisci  
 Conventu, Pompelonensi. Die decima  
 Mensis Februarij, Anni 1677. ad instig-  
 non illius *Fr. Antonius de los Rios*, & aliorum  
 Lector Theologiæ & doctrinæque  
 IMPRIMATUR.*

*Fr. Petrus Roche Epif. Pampilonensis*

## AMICE LECTOR!

**I**N hoc Morali Promptuario nihil noſ  
 tibi propono; quia iam nihil ſub ſole  
 moralitatis nouum. In eo propoſita ſunt  
 certa, communiora, ac probabiliora; ma-  
 iori cum breuitate, claritate, diſtinctio-  
 ne, ac formalitate, qua potui: breuitate  
 clara, vt citò dicta percipiant animi do-  
 ciles, teneantque fideles. Semper enim  
 mihi viſum fuit arduum, ac difficile mo-  
 ralitatis ſtudium auſpicari per magnos  
 tomos, tot opinionibus, impugnationib⁹;  
 totque Doctorem citationibus onuſtos,  
 qui magis ſtudioſi animum à propoſito re-  
 vocant, quàm invitent, & alliciant; ideo  
 veritates morales numero dixi; minore  
 que ſinivi pomærio, quia ſemper ſuit gra-  
 ta breuitas clara. Opusculum iſtud  
 brebe quidem; ſed ſanè longum, quia in  
 ipſo nihil deeſt ad moralitatis ſcientiam:  
 igitur benevole lector illud frequenter  
 perlege, certus, quod te mei conſilij non  
 poenitebit.


Errata

Fol, 15. lin, 5, sit, lege sit. fol. 21. lin. 3.  
 per, lege post. fol, 33. lin. vltima quia,  
 lege qui. fol. 40. lin. 10. affirmat, lege affir-  
 mant, fol. 48. lin, 1, mortaliter, Etiam est,  
 lege, mortaliter, etiam est. fol. 58. lin. 16.  
 invencibiliter, lege invincibiliter. fol.  
 83. linea 6, reservandorum, lege refer-  
 vatorum. fol. 201. lin, 8. canonicatione,  
 lege canonizatione. fol. 204. lin. 18. de-  
 siones, lege decisiones. fol, 234. lin. 3. est,  
 lege es. fol. 251. lin. vltima, deber, lege  
 debent. fol, 287. lin. 20. attenenda, lege  
 attendenda. fol. 339. lin. 15. nec ipsi fuerit  
 in ipsius culpa, lege nec ipsi fuerit in cul-  
 pa, fol. 394. lin. 7. rixum, lege rixum.  
 fol. 502. lin. 70. stripitus, lege strepitus.  
 fol. 597. lin, 18. reservantes, lege servan-  
 tes,

*Code Notario*

IN

Roche



# INDEXEORVM,

DE QVIBVS IN HOC

Promptuario Morali

agitur.

**D**e Sacramentis in genere, fol. 1.

De Sacramentis nouæ legis, fol. 21.

De Baptismo, fol. 62.

De Sacramento Cōfirmationis, fol. 30.

De Sacramento Eucharistiæ, fol. 32.

De Sacrificio Misse, fol. 49.

De Pœnitentiæ Sacramento, fol. 52.

De Circūstantijs Confessionis, fol. 60.

De Satisfactione, fol. 64.

De Præcepto Confessionis, fol. 68.

De Ministro Pœnitentiæ, fol. 73.

De Reservacione peccatorum, fol. 76.

De Forma Sacramenti Pœnitentiæ, fol. 78.

85.

De Absolutione Censurarum, fol. 86.

De Sigillo Confessionis, fol. 91.

De Sacramento Extremæ Vnctionis, fol.

93.

De Sacramento Ordinis, fol. 100.

De Ordinibus in particulari, fol. 110.

De

De Officiariatu.	fol. 114.
De Lectoratu.	fol. 115.
De Exorcismatu.	fol. 116.
De Acolyatu.	fol. 117.
De Subdiaconatu.	fol. 119.
De Diaconatu.	fol. 126.
De Presbyteratu.	fol. 130.
De Matrimonio.	fol. 135.
De Impedimentis merè impediētibz.	fol. 138.
De Impedimentis dirimentibus.	fol. 140.
De Primo Præcepto Decalogi.	fol. 153.
De Spe.	fol. 160.
De Charitate.	fol. 161.
De Religione.	fol. 162.
De Secundo Præcepto Decalogi.	fol. 172.
De Voto.	fol. 182.
De Blasphemia.	fol. 199.
De Tertio Præcepto Decalogi.	fol. 203.
De Quarto Præcepto Decalogi.	fol. 208.
De Quinto Præcepto Decalogi.	fol. 212.
De Sexto, & Nono Præcepto Decalogi.	fol. 220.
De Septimo Præcepto Decalogi.	fol. 227.
De	




De Restitutione.	fol. 232.
De Octavo Præcepto Decalogi.	fol. 258.
De Mendacio.	fol. 266.
De Suspicionē, Iudicio temerario, & dubitatione.	fol. 272.
De Detractione.	fol. 274.
De Quarto Præcepto Ecclesiæ.	fol. 280.
De Quinto Præcepto Ecclesiæ.	fol. 285.
De Contractibus.	fol. 290.
De Donatione.	fol. 295.
De Permutatione.	fol. 300.
De Venditione, & Emptione.	fol. 302.
De Mutuo.	fol. 309.
De Deposito.	fol. 312.
De Genu.	fol. 315.
De Cambio.	fol. 317.
De Contractibus Emphyteusis, Feudi, & libelli.	fol. 319.
De Sponsione, & Iudo.	fol. 321.
De Contractu societatis.	fol. 324.
De Affecuratione.	fol. 326.
De Fideiussione.	fol. 327.
De Ignorantia.	fol. 328.
De Poenis Canonis.	fol. 330.
De Infamia.	fol. 332.
De	

De Irregularitate.	fol. 334.
De Excommunicatione.	fol. 342.
De Suspensione.	fol. 355.
De Interdicto.	fol. 363.
De Peccatis.	fol. 372.
De Peccatis Capitalibus.	fol. 386.
De Superbia.	Ibidem.
De Avaritia.	fol. 388.
De Luxuria.	fol. 390.
De Gula.	fol. 394.
De Ira.	fol. 398.
De Invidia.	fol. 401.
De Accidia.	fol. 404.
De Simonia.	fol. 406.
De Virtutibus.	fol. 420.
De Prudentia.	fol. 425.
De Partibus Prudentiæ.	fol. 431.
De Peccatis cōtra Prudentiam.	fol. 433.
De Iustitia.	fol. 440.
De Speciebus Iustitiæ.	fol. 446.
De Iniustitia ingenere.	fol. 452.
De Fortitudine, & Temperãtia.	fol. 455.
De Passionibus Cōcupiscibilis.	fol. 458.
De Odio.	fol. 468.
De Desiderio, & Delectatione.	fol. 470.
	De

De Tristitia, & Dolorē.	fol. 483.
De Passionibus Irascibilis.	fol. 489.
De Spe.	ibidem.
De Timore.	fol. 494.
De Audacia.	fol. 505.
De Ira.	fol. 508.
De Beatitudinibus.	fol. 513.
De Donis Spiritus Sancti.	fol. 522.
De Fructibus Spiritus Sancti.	fol. 530.
De Explicatione Articulorum fidei.	fol. 541.
De Septem fidei Articulis ad divinitatem pertinentibus.	fol. 544.
De Septem Articulis fidei ad humanitatem pertinentibus.	fol. 552.
Excommunicationes in Bulla Cœnæ Papæ reservatæ.	fol. 577.
Excommunicationes extra Bullam Cœnæ Papæ reservatæ.	fol. 581.
Excommunicationes non reservatæ.	fol. 598.

**PROMPT**

\*\*\*\*\*



\*\*\*\*\*

P R O M P T V A R I V M  
M O R A L E E X A M I N A N D O R V M,  
A C E X A M I N A N T I V M.

D E S A C R A M E N T I S I N G E N E R E.



S A C R A M E N T V M  
*est signum sensibile ef-*  
*ficax gratiae sanctifi-*  
*cantis viatores.*

Pro vtraque lege  
fuit institutum Sa-  
cramentum: pro le-  
ge naturali fuit sacramentum (pro par-  
vulis) consistens in protestatione fidei,  
quæ fiebat in verbo aliquo invocandi  
Deum, vel offerendi parvulum Deo: pro  
adultis, in protestatione fidei cum ali-

A  
qui

quibus sacrificijs: hoc sonat auctoritas  
 Divi Gregorij 4. *lib. Moralium*: quod  
 agit apud nos aqua baptismi, hoc egit apud  
 veteres ( pro parvulis ) sola fides, adde,  
 protestata sine sacrificijs: ( pro maioribus )  
 virtus sacrificij.

Pro lege veteri scripta ( pro fœmi-  
 nis ) mansit sacramentum legis naturæ:  
 pro masculis instituta fuit circumcisio,  
 quæ est præputij scisio, tamquam signū  
 sensibile ex Divina institutione signifi-  
 cans gratiam conferendam circumciso.  
 Differunt sacramenta legis veteris à sa-  
 cramentis novæ legis, 1. quod ista fue-  
 runt à Christo Domino instituta, illa à  
 Deo. Secundo, sacramenta novæ legis  
 causant gratiam ex opere operato, sa-  
 cramenta veteris legis ex opere operā-  
 tis: vel si secundum probabilem opinio-  
 nem ambo causant gratiā ex opere ope-  
 rato, differunt, quia sacramenta novæ  
 legis causant gratiam abundantio-  
 rem ex morte exhibita Christi, sacramenta  
 antiquæ legis, minorem, quia ex morte  
 prævisa Christi.

DE

*DE SACRAMENTIS NOVÆ LEGIS.*

**S**acramēta novæ legis constituuntur. Ex rebus tamquam materia saltē remota, & ex verbis tamquam forma, & ex intentione ministrantis, & recipientis tamquam conditionibus, sine quibus non fit sacramentum.

Sacramenta novæ legis sunt baptis-  
mus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucha-  
ristia, Ordo, Extrema unctio, & matri-  
monium; sicut enim in via naturali est  
generatio, nutritio, corroboratio, &  
sanitatis deperditæ reparatio, & hæc  
quatuor pertinet ad quamlibet personā  
singularem, ita in via spiritali datur  
sacramentum pertinens ad generatio-  
nem spiritualem, nempe Baptismus: ad  
corroborationem spiritualem, scilicet  
Confirmatio; ad nutritionem spiritua-  
lem, vt Eucharistia; ad reparationem  
post lapsum, vt Pœnitentia. Requiritur  
etiam aliud sacramentum, quo exiens  
finaliter præparetur, vt sine impedimēto

to aliquo transeat ad aliam vitã, & hoc est per Sacramentum Extremæ vnctio- nis. Hæc quinque requiruntur tamquã adiutoria necessaria personæ cuiuscumq; profect.

Ad bonum autem communitatis ob- servantis istam legem requiritur multi- plicatio carnalis, quæ præsupponitur bono spiritali, sicut natura gratiæ; quæ multiplicatio fit per Sacramentum Matrimonij, cuius bonum inter alia est bonum prolis. Ultimo ad bonum com- munitatis requiritur Sacramentũ, quo aliquis constituatur in gradu necessa- rio ad aliquos actus necessarios commu- nitati, & hoc fit per Sacramentum Or- dinis.

Ex dictis septem Sacramentis, quæ- dam appellantur Sacramenta vivorum: quædam Sacramenta mortuorum. Illa sic appellantur, quia in eorum recep- tione vivit anima per gratiam; ista, quia in eorum receptione supponitur anima mortua per peccatum mortale,

que

quæ postea vivit per gratiam sanctifican-  
tem, quam conferunt.

Sacramenta mortuorum sunt Bap-  
tismus, & Pœnitentia: cætera sunt Sa-  
cramenta vivorum.

Sacramenta mortuorum indirecte  
possunt esse Sacramenta vivorum; vnde  
de si adultus elicuerit actum veram  
contritionis, vel verum actum amoris  
Dei ante receptionem baptismi, vel ante  
absolutionem Sacramentalem, effici-  
ent prædicta Sacramenta secundâ gra-  
tiam, & erunt Sacramenta vivorum.  
Item si aliquis elicuerit actum contri-  
tionis, qui vere non sit contritio, exis-  
timetur tamen talis, facta debita dili-  
gentia, ante receptionem ordinis, V. G.  
tunc Sacramentum ordinis causabit primam  
gratiam: idem dicendum de Sacra-  
mento Eucharistiæ, quando non ad est  
copia confessoris.

Petes, si requiratur confessio, ut pec-  
cator licite recipiat Sacramenta vivorum?  
Respondetur negativè excepto Eucha-  
ristis.

ans 2 4 3 ris;



ristiæ Sacramento, ad cuius receptionē  
requiritur contectio ex præcepto hu-  
mano, & Divino, quod præceptum Di-  
vinum colligitur ex verbis Apostolici  
*probet autem se ipsum. homo.* Ad usum sa-  
cramentorum tres maximæ sunt obser-  
vanda: Prima, si possibilitas ad est, via  
tutissima est eligenda. Secunda, si non  
ad est possibilitas via tutissima, proxi-  
ma est tenenda: Tertia, cessante impossi-  
bilitate, caute est supplendum, quod  
impossibilitas prohibebat.

*LIBRO IV. DE SACRAMENTIS. LIBRO 3. DE SACRAMENTIS.*  
*DE EBEBIA. P. T. L. & M. O. LIBRO 3. DE SACRAMENTIS.*

**T**Riplex est Baptismus, fluminis, fan-  
t. guinis, & fluminis. Baptismus fla-  
guinis sunt actus supernaturales amoris  
Dei, & contritionis peccatorum, qui  
se habent in terra, qui requirunt impu-  
sum Spiritus Sancti, qui dicitur Flammæ  
Sanguinis est martyrism, in quo quis ex  
amore, & charitate Dei sanguinem fu-  
dit. Baptismus fluminis est Sacramentum  
causans

causans gratiam generantem hominem in esse spirituali, ipsum constituentem primo filium adoptivum Dei.

Materia remota Sacramenti Baptismi est aqua elemētalis proxime disposita ad abluendum.

Petes: quare aqua elemētalis est materia, & non alius liquor? Respondetur, per congruentiam: Primo, quia sicut aqua sordes corporis, ac vestis abluir, ita Baptismus maculas animæ, sordesque vitiorum emundando abstergit. Secundo, ut nullū inopia excusaret, quod posset fieri, si in vino, vel oleo fieret. Tertio propter significationem aquæ, quæ ex latere Xpi manavit.

Materia proxima Sacramenti Baptismi est ablutio corporis viatoris, quæ ablutio potest fieri per aspersionem, immersionem, & infusionem: duobus primis modis in casu necessitatis, quando tot forent baptizandi, quod moraliter esset impossibile omnibus posse aquam infundere: vel si impossibili aquæ ele-

mentali non esset alius modus baptizandi, quam immergendo puerum in puteam, fluvium, vel mare, salva vita pueri.

Tertio per infusionem, quo modo vtitur Romana Ecclesia. Aqua infundi debet in capite, quod est pars principalis corporis, cum in eo tota anima, & omnes sensus resideant. In casu necessitatis in qualibet parte corporis viva.

Forma baptismi est: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Verba essentialia, & simpliciter necessaria ad valorem formæ baptismi sunt illa, quæ significant actum baptizandi, sive activè, sive passivè, personam baptizatam, tres Divinas Personas nominibus relativis expressis, & unitatem essentialis inter ipsas: pronomen *ego*, & coniunctio *&* non sunt verba essentialia.

Si varians intendit vti verbis, quibus vtitur tamquam forma præcisa

Eccle-

Ecclesiæ , non baptizat , quia deficit sibi intentio vtendi verbis , quibus vtitur tamquam forma Ecclesia.

Variatio in dictis verbis formæ potest esse essentialis , vel accidentalis ; vtraque , vel quoad substantiam , quantitatem , qualitatem , vel vlicationem . Variatio secundum substantiam est , quando alia verba ponuntur pro istis , & hoc duobus modis : primus , quod sit aliavox idem significans sub eadem ratione , & hoc modo non frustratur forma , & sic in qualibet lingua potest fieri baptismus ; forte tamen non licebit baptizanti ex officio , & solemniter vti verbis cuiuslibet linguæ , sicut nec in confectiõne Eucharistiæ , quia ordinavit Ecclesia Romana , quod officia Ecclesiastica dicantur , & Sacramenta ministrantur idiomate latino : & hoc rationabiliter , quia distinctius potest scribi , & proferri .

Sc

Secundus modus quod sit alia vox aliud significatum habens, quod si sit disparatum, vt si loco *Parris* poneretur *lapis*, sic nulla esset forma baptismi.

Vel si alia vox habeat idem abstractū in re, vt si loco *Patris*, *Filij*, & *Spiritus Sancti* poneretur *genitor*, *genitus*, & *spiratus*, practice dubia esset forma baptismi, quia licet significant eadem significata, non sub eadem ratione, quia sub ratione proprietatum; *Pater* tamē, *Filius*, & *Spiritus Sanctus* sub ratione subsistentium, & hypostasum. Et voluit Christus personas vocari nominibus personarum, & hoc rationabiliter, quia sicut Iudæis datum erat aliquando nomen significans essentiam Divinam sub propria ratione; quod ipsi vocabant *Tetagrammaton*; ita Christus dedit Ecclesiæ nomina significantia personas sub proprijs rationibus. *Non valet forma baptismi, si persone significantur implicite, quomodo significat hoc nomen Sanctissima Trinitas;*  
 vel

vel illative, vt hoc nomen *Christus*, qui significat filium secundum naturam humanam, qui vnctus est, & infert Patrē, à quo vnctus est, & Spiritum Sanctum, quo vnctus est, quia Christus intellexit illas personas explicandas. Et licet aliquando fuerit licitum in nomine Christi baptizare, *Acton. 2.* nunc illicitum; quia legem superioris nullus inferior potest reuocare, nec simpliciter, nec ad tempus; & lex de baptizando *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, promulgata fuit à Christo, *Matthæi ult. 28.* ergo pro tempore, quo eam Xpus non reuocavit, nullus alius potuit reuocare, & licet dispensatio in illa lege pro tempore primitivæ Ecclesiæ, quia fuit causa dispensandi, nempe nominis Christi divulgatio, hac tamē cessante dispensatio cessavit.

Variatio secundum quantitatem fit à proponendo, vel subtrahendo; si aliquid addatur, & apponatur repugnantis verbis principalibus formæ, vt si dicatur

in

in nomine Patris maioris, & Filij minoris,  
 & c. vel si addatur aliqua conditio, quæ  
 non existat, vt pote si dicerem, si ego  
 sum omnipotens te baptizo in nomine Pa-  
 tris, &c. vel aliquod verbum disiuncti-  
 uum, vt ego te baptizo in nomine Patris,  
 vel Filij, & c. non valeret forma bap-  
 tismi; quia non seruatur sensus formæ.  
 Si verò addatur aliquid, quod non sit  
 distrahens, vel repugnans, per interpo-  
 sitionem, & talis interpositio rumpit  
 vnitatem debitam formæ, non manet  
 forma; quando autem talis vnitatis ne-  
 cessario interrumpatur, iudicatur ex  
 alijs actibus humanis.

Variatio secundum qualitatem fit au-  
 ferendo aliquam requisitam termina-  
 tionem ad congruam locutionem, vt si  
 quis baptizaret in nomine Patris, Filij,  
 & Spiritu Sancta, quæ non prohibeat  
 posse capi conceptum significatum per  
 dictionem, vt experitur in aliquibus au-  
 dientibus quosdam illiteratos, qui lo-  
 quuntur incongrue, & tamen bene con-  
 ci-

ci;

cipiunt, quid volunt dicere etiã quantum ad singula verba; in tali casu valeret forma baptismi.

Variatio secundum vocationem cõsistit in aliqua transpositione verborum, quæ si variat omnino sententiam, non valet forma, vt si diceret, *ego Patris te baptizo in nomine Filij, & Spiritus Sancti*, quia talis transpositio auferret conceptum orationis, vt instituta est; si tamen transpositio permittit, vt transposita teneant eandem virtutem in ipsa forma, vt si diceret, *ego te baptizo in nomine Filij, & Patris, & Spiritus Sancti*, valeret forma, quia persone, quocumque ordine nominatæ, sunt vnum efficiens principale in baptismo, & vt sic invocantur.

Sacramentum Baptismi causat characterem, gratiam generativam, & cognitionem spiritualem. Character est signũ indelibile animæ impressũ, per quod signatur baptizat<sup>9</sup>, & describitur miles Christi. Gratia generativa est gratia sanctificans, qua



quæ primo constituit hominem filium adoptivum Dei. Cognatio spiritualis est propinquitas spiritualis personarum à baptismo, & confirmatione procedens, quæ in Baptismo, est inter personam baptizantem, & personam baptizatam, patrem, & matrem personæ baptizatæ: inter Patrinos, personam baptizatam, matrem, & patrem personæ baptizatæ; ad istam cognationem requiritur, quod Patrini teneant baptizatū, & quod baptismus solemniter celebretur, baptizans vero in quocumque casu dictam cognationem contrahit.

Gratia regenerativa pro effectu formali, & primario habet constituere filium adoptivum; pro effectu secundo habet expellere in infante peccatum originale, quod est carētia iustitiæ originalis debitæ inesse naturæ. In adulto expellit peccatum originale, & omnia peccata actualia mortalia, & venialia quantum ad culpam, & pœnam. Dispositio ex parte baptizati ad recipiendum

gra-

gratiam regenerativam, si in peccatis mortalibus sit, est attritio supernaturalis, qua deficiente, deficit effectus; si vero baptizatus adultus sine attritione sit, & habet actualem complacentiam alicuius peccati mortalis, perseverans usque ad terminationem formæ, ipsi opus est contritio, vel attritio cum sacramento pœnitentiæ: quod si ante quâ terminetur forma resipuerit, actumque attritionis elicuerit, gratiam vi baptismi recipiet.

Requiritur in baptizante intentio baptizandi iuxta formam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ; & in baptizando intentio recipiendi baptismum: in baptizante sufficit intentio virtualis; in baptizando sufficit habitualis, quia maior requiritur intentio in agente, quam in recipiente. Declarantur isti termini *intentio actualis, virtualis, & habitualis*. *Actualis*, est actualis volitio concomitans administrationem Sacramenti. *Virtualis*, est antecedens volitio finis operis,

ris, non retractata, nec distracta: *habitualis* est volitio antecedens distracta, licet non retractata; hæc sufficit ad recipiendum; illæ requiruntur ad administrandum. Minister Sacramenti Baptismi solemniter celebrandi est Pastor, Episcopus scilicet, & Parochus; delictentia istorum, Sacerdos, & Diaconus; incasu necessitatis quilibet potens verba proferre, ac abluere.

Præsente Sacerdote non potest Diaconus baptizare; presente Diacono non Subdiaconus; præsente Subdiacono non Clericus, scilicet in solis minoribus ordinibus constitutus: præsente Clerico non vir: præsente viro, non foemina: in primo, & secundo casu esset peccatum mortale si absque iusta causa oppositum fieret; in alijs verò casibus esset peccatum veniale. Ratio est: quia Sacerdoti, & Diacono ex officio competit baptizare, non verò alijs.

Baptismus parvalis infantibus est necessarius in re, necessitate medijs: idè.  
dicen-

dicendum de adultis, si adest copia Mi-  
nistri, ac materia baptismi: his impos-  
sibilitibus, est necessarius, necessitate  
medij, in voto incluso in actu, superna-  
turali amoris Dei, vel contritionis pec-  
catoru. Est etiam necessarius, necessitate  
præcepti adultis, nisi impossibilitas  
excuset.

Petes: quid sit necessitas medij, &  
præcepti? Respondetur, necessitatem  
medij esse, quando sine tali medio non  
potest consequi finis; necessitatem præ-  
cepti, quando licite, & sine peccato non  
potest finis acquiri.

Pluribus baptizantibus eundem sus-  
cipientem, utroque abluciente, & verba  
in simul proferente, talis est vere bap-  
tizatus, quia non est verisimile, quod  
unus faciens annullat factum alterius,  
sed si tantum unus eorum faceret, fac-  
tum esset: si ergo nihil minus quod fat-  
cit factum est, alio similiter faciente.

Dices: quod in casu idem effectus esset  
à duabus causis totalibus. Respondetur

ii

B

verum

verum esse de causis totalibus moralibus, non physicis, quæ inducunt formam effective; & in dicto casu Deus, non minister inducit formam.

Plures baptizantes, vno abente, altero proferente, non efficiunt baptismum, quia tunc forma esset fallax.

Si vnus plures baptizat, simul aspergens, vel fundens, & simul proferens formam in plurali, dicendo *ego baptizo vos in nomine Patris, &c.* omnes sunt baptizati; hoc tamen non est necessarium, nisi in casu necessitatis, vt si immineret mors omnium, vel si quando singulos singulatim baptizaret, aliquis eorum ante baptismum eorum esset moriturus. In dicto casu forent plures baptismi ob plures baptismationes passivas, nec forma esset simpliciter vna, quia *ly vos* includit singulare plures geminatum. hoc intelligendum esse de pluribus manifeste pluribus.

Si dubitatur, an monachum sit simpliciter vna persona, vt dicitur, debet fieri

ACTUM

B

ri

ri diligens inquisitio antequam baptizetur: quæ inquisitio potest haberi, vel ex partibus corporis, puta, si sunt duo capita, vel duæ spinæ dorsi; principale tamen indicium est de cordibus, sed illud non potest esse faciliter evidens, dum vivit.

Evidentissimum signum distinguendi personas est diversitas actus intellectus, & voluntatis: si enim sunt duæ animæ, non est opus vnam scire quidquid scit alia, & velle, quidquid vult alia; & raro, & nunquam accidit, quod sint duæ animæ, quin sint duo capita, vel duæ partes principales capitis, licet non econverso; sed hoc iudicium fieri non potest nisi de monstro adulto, quale ponitur fuisse in Francia habens duo capita, quorum vnum expressit velle, de quo aliud expressit nolle, vnum enim voluit continere, & sobrie vivere, & aliud lascivire, & epulari; & cum vnum per os suum excederet, alterum clamabat se gravari.

B 2

Hinc

Hinc si monstrum habet duas animas, & sint partes, de quibus patet, quod pertinent ad distinctas personas, separatim baptizari debet ista pars, & illa cum iteratione formæ in singulari super vtramque; si autem certitudo haberi non possit, baptizandum est saltim in illis partibus, quæ principaliter pertinent ad vnum; aliæ verò partes, quæ non videntur principaliter pertinere ad illum primum, abluendæ sunt sub conditione.

Fuit institut<sup>9</sup> baptism<sup>9</sup> ante passionē (quia discipuli Christi baptizabāt ante eius mortem baptismo Christi) in Iordane quando Christus fuit à Ioanne baptizatus, *Matthæi 3.* quia ibi fuit assignata materia scilicet aqua; forma, scilicet expressio Trinitatis: Pater in illis verbis: *hic est filius meus dilectus: filius in carne assumpta: Spiritus Sanctus in specie columbæ.*

Fuit promulgatus, *Ioannis 3.* in illis verbis: *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu*

*Spiritu Sancto non potest introire in Regnum Dei.*

Obligavit per eius solemnem promulgationem in die Pentecostes, antequam nemo tenebatur, *Mitthai* 28. in illis verbis: *ite, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, quia nullus tenetur ad aliquod præceptum Divinum positivum, nisi per aliquem idoneum, aut autenticum sibi promulgetur, vel fama veridica, & testimonio bonorû, cui debet quilibet rationabiliter credere. Adde, quod erat præceptum positivum de circumcisione certum, à Deo institutum, quod non debuit statim dimitti, nisi esset certitudo illud fuisse à Deo datum, quæ certitudo non poterat haberi sine promulgatione autentica.

Adverte, quod promulgatio Baptismi fuit facta duobus modis: vno per modum consilij; alio, per modum præcepti. Quod primo promulgaretur per



modum consilij fuit congruum, quia lex Evangelica, quæ est perfectissima, non debuit præcipitanter imponi; sed homines primo ad illam allici cadentē adhuc sub consilio, vt postea exercitatis posset sub præcepto imponi.

Secundo, quia lex non erat mala, sicut est idolatria, & ideo non debuit subito repelli, sed debuit synagoga cum honore sepeliri, vt ostenderetur fuisse bonam pro tempore suo.

Promulgatio per modum consilij obligabat ad non contemnendum; qui enim consilium contemnit, consulentem in quantum consulentem contemnit, & ideo nolens servare Divinum consilium Evangelicum, contemnens illud tamquam irrationabile, & infructuosum, peccat mortaliter.

Promulgatio per modum præcepti obligat non solum ad non contemnendum, sed etiam ad observandum, si est affirmativum; vel cavendum, si est negativum.

Bapj

Baptismus fuit sub consilio à sui institutione vsque ad prædicationem solemnem, & autenticam eiusdem post Ascensionem Christi, quæ incepit die Pentecostes in Ierusalem, quia vsque ad illum diem Apostoli non prædica-verunt publice iuxta illud, Lucæ 24. *Vas autem sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto, & hoc fuit in die Pentecostes, in quo, misso Spiritu Sancto solemniter prædica-verunt; quo die baptizati sunt circiter tria millia, Acto-rum 20. Inde ad alias Civitates; ita quod tempus præcepti Baptismi nõ incepit simul apud omnes, sed ex Sio exibat lex, & Verbum Domini de Ierusalem; & sic apud quosdam incepit ad mensē post Pentecostem; apud alios ad annum; apud aliquos ad decem, & sic deinceps sicut eis prædicabatur.*

Paruulus in vtero matris baptizari potest baptismo flaminis, vel sanguinis; de flamine patet de Hieremia 1. & de Ioanne Baptista, Luca 10. & de matre

B 4

Christi,

Christi, quod tenet firmiter Ecclesia.

De Baptismo sanguinis probatur, quia si quis persequitur matrem gravidam, eadem de causa persequitur parvulum in utero eius: ergo si mater occiditur pro iustitia, similiter parvulus. Si autem parvulus occideretur extra uterum pro iustitia, vel fide, haberet baptismum sanguinis: ergo eodem modo in utero matris passus.

Si vero possit baptizari baptismofluminis, est distinguendum: Vel puer secundum omnes partes est in utero matris, & sic non potest baptizari, cum non possit lavari, nec aqua immediate tangi, & baptismus est lotio, vel ablutio in aqua. Hinc, si parvulus corio involueretur, & illud poneretur in aqua, quin aqua corpus tangeret, non esset baptizatus.

Vel parvuli pars principalis apparet, ut caput, & sic potest in illa parte simpliciter baptizari: si apparet pars minus principalis, scilicet manus, vel pes, illa est baptizanda, quia ibi est

**tota**

tota anima, licet non omnis sensus sicut in capite, & si hoc non sufficeret ad hoc ut esset simpliciter baptizatus, si nasceretur postea vivus, esset sub conditione baptizandus, ut dicitur extra de baptismo, & effectu eius, capite de quibus: qui si mortuus nasceretur sepeliendus esset in terra benedicta, credendum enim est, quod Deus suppleret illud, quod impotentia impediret.

Adverte, quod filius in utero quantum ad servitutem temporalem non est distinctus a matre, quia non habet Dominus dominium in parvulo, nisi quia in matre, ex cuius manu missione manumittitur & filius, est vero distinctus quantum ad servitutem, vel libertatem spirituales, quia ista respicit distinctam personam, & parvulus in utero est ita distinctus in persona a matre, sicut extra uterum.

Petes: quid faciendum de parvulo exposito? Respondetur: aut inveniuntur cum eo certa signa, quod non sit baptizatus,

sicut

sicut mulierculæ consueverunt apponere cum eo sal, sicut fit cum deportandis ad baptismum; & tunc absque aliqua hæsitatione baptizandus est absolute. Aut si nõ inveniuntur cum eo talia signa, nec aliud potest haberi per testimonium fide dignum, quod sit baptizatus, tutius sub conditione debet baptizari.

Princeps potest facere baptizare paruulos Iudæorum, & infidelium vtêdo cautela bona, scilicet, ne parentes prius cognoscentes hoc futurum, occiderêt pueros suos; & quod baptizatos faceret religiose educari.

Iustificatus tenetur ad susceptionem baptismi promulgati per modum præcepti, quia congruit, vt omnes de lege christiana habeât vnum signum, in quo conueniant inter se, & distinguantur ab alijs, maxime in illo signo, per quod ingrediuntur obseruantiam legis christianæ. Item: quia quilibet viator tenetur esse membrum Ecclesiæ militantis non tantum in scientia Divina, sed etiã

quan-

quantum ad notitiam aliorum membrorum.

Apostoli fuerunt baptizati, quia Christus fecit eos Sacerdotes, conferens eis in cœna potestatem coficiendi corpus Christi; potestatem absolvendi; officium baptizandi solemniter, ordo autem Sacerdotalis supponit baptismum. Christus etiam in se ipso voluit baptismum Ioannis suscipere antequam legem baptismi alijs imponeret, quia cœpit facere, & docere; nec non Beata Virgo Maria Baptismum Christi suscepit, quia licet habuerit plenitudinem gratiæ, ad quam Deus disposuit eam pervenire in conceptione Filij sui, frustraneus tamen non fuit baptismus, quia potuit addere meritum ob præcepti Divini obedientiam: nec propter hoc fuit baptismus signum falsum, sed verum non respectu gratiæ *inferi*, sed *in esse*, & quantum est ex parte baptismi, illam faceret.

12 Per baptismum deminuitur fomes  
quan-

quantum ad effectum, quem consuevit  
causare in anima; nā secundū quod gra-  
tia augetur, fomes minorem habet effi-  
cacia in inclinandi ad peccatum. Exem-  
plum: si alligetur lapis alis a quila,  
crescente virtute motiva aquilæ non  
diminueretur gravitas lapili in se, di-  
minueretur tamen quantum ad effectū;  
quanto enim maior est virtus in alis,  
tanto lapis minus impedit ascensum,  
vel volatum.

Effectus baptismi in omnibus est æ-  
qualis ex opere operato; potest tamen  
esse inæqualis ex opere operantis.

Baptismus non est iterabilis, quia  
principaliter instituitur contra origi-  
nale peccatum, quod non est nisi vni-  
cum, nec iterari potest. Secundo, quia  
in baptismo imprimitur character, qui  
est indelebilis. Tertio, ne detur occa-  
sio sæpius delinquēdi propter plenam  
remissionem culpæ, & pœnæ, quæ  
fit in baptismo,

Si

Si iteratio baptisimi fiat cum scientia facti, tam suscipiens quam conferens est irregularis: habetur *extrav. de Apostatis, & litterarum*. Cum hac tamen differentia, quod si publice fiat, solum per Papam fit dispensatio: si occultè, potest fieri per Episcopum, *ex Tridentino sess. 24. cap. 6.*

Si tamen fiat ignoranter ignorantia probabili facti, nec conferens, nec suscipiens constituitur irregularis; si vero fit ignorantia iuris, non excusat ab irregularitate, quia quilibet christianus adultus tenetur ad doctrinam de baptismo, & cognoscere ius divinum de non iterando baptismo: qua supposita scientia huius iuris dando operam rei illicite, ligatur pœna Canonica, quæ transgredientibus ius Divinum imponitur, licet pœnam Canonis ignoret.

(\*)

DB



DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

**S**acramentum Confirmationis est signum sensibile à Christo Domino institutum gratiæ corroboratiuæ. Per baptismum signatur, & describitur Viator miles Christi; per Confirmationem armatur, & roboratur.

Materia remota Sacramenti Confirmationis est chrisma cōfectum ex oleo olivarum, & balsamo, benedictum ab Episcopo consecrato. Materia proxima est unctio chrismatism in fronte facta cum signo Crucis.

Forma dicti Sacramenti sunt verba Episcopi, scilicet: *signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.*

Ad valorem Sacramenti Confirmationis requiritur expressio Beatissimæ Trinitatis, quia Confirmatio est perfectio Baptismi, & confertur ad prom-  
tius

*De Sacramento Confirmationis.* 31

tius confitendam fidem. hinc exprimendum primum, ac principale fidei nostræ mysterium.

Alapa, quæ ab Episcopo confirmato impingitur, significat confirmatum debere pati iniurias pro fide christiana confitenda. Huius Sacramenti subiectum est quilibet baptizatus.

Recipiens tonsuram ante Confirmationem, mortaliter peccare quidam affirmant; quidam negant: utrumque est probabile. Idem dicendum de Episcopo tonsuram dante sine Confirmatione.

Effectus Sacramenti Confirmationis sunt character, gratia roborativa, & cognatio spiritualis, eodem ordine, & modo, quò in Sacramento Baptismi reperitur.

Sacramentum Confirmationis fuit institutum in die vltimæ cœnæ; tunc enim Christus consecravit chrisma, & ideo in die cœnæ ad imitationem Christi conficitur chrisma ab Episcopo.

Sacramentū Confirmationis non est necessarium ad salutem necessitate mediij, nec præcepti; & si utilissimum sit; & sic non peccaret mortaliter, qui Confirmationem voluntarie omitteret, si non esset contemptus.

## DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ,

Sacramentum Eucharistiæ est signum sensibile à Christo Domino institutum causativum gratiæ cibatiuæ. De essentia huius Sacramenti sunt species continentes, & contenta, scilicet corpus, & sanguis Christi.

Species continentes corpus Christi, & species continentes sanguinem Xpi faciunt unum Sacramentum unitate integrali in ratione cōvivij spiritualis. Materia remota forme consecrationis corporis Christi est panis triticeus sive azymus, sive fermentatus; Sacerdos latinus in Ecclesia latina debet consecrare in azymo, & Græcus in Ecclesia græca in fermentato. Si

Si tritico admisceantur alia grana, erit vera materia, si additio sit in minori quantitate, quia maior pars tritici trahit ad se minorem.

Panis triticeus debet esse confectus ex aqua naturali, quia sic fit panis communis, & vsualis, qui est vera materia.

Materia remota forme cōsecrationis sanguinis Christi est vinum vitis, sive album, sive nigrum; quod si tale vinum fuerit melle, saccaro, vel alijs speciebus aromaticis conditum, non esset vera materia, nisi talis admixtio esset in parva quantitate; esset tamen mortale in eo celebrare ob indecentiam, & contra communem vsum.

Si vinum congelatum fit materia apta? Alij affirmant: alij negant: vtrumque est probabile. Si post consecrationem congeletur, conservatur ibi sanguis Christi.

Vino miscenda est aqua naturalis de necessitate præcepti Ecclesiastici, & graviter peccaret, qui non misceret.

C

Quæ-

Quælibet gutta sensibilis sufficit; neque est nimis scrupulose agendum, an scilicet vnam, duas, tres, aut quatuor aquæ guttas infuderit Sacerdos.

Forma essentialis cōsecrationis panis sunt ista verba: *hoc est corpus meū*: particula enim nō est essentialis; peccaret tamen graviter, advertēter omittens illā.

Forma consecrationis vini sunt ista verba: *hic est calix sanguinis mei*, vel *hic est sanguis meus*; peccaret tamen mortaliter, qui advertenter omitteret sequētia verba, usque in *remissionem peccatorum* inclusive.

Materia proxima Eucharistiæ sunt species panis, & vini. Forma Eucharistiæ sunt corpus, & sanguis Christi.

Necessariū est de necessitate precepti Diuini, & integritate sacrificij sub vtraque specie cōsecrare, quia cōsecratio sub vtraq; specie repræsētat Christimortem, in qua separatus, & effusus fuit sanguis à corpore: hinc Pontifex nequit dispensare, vt consecratio fiat in

vna

vna tantum specie : valida tamen esset consecratio in vna specie; peccaret autem gravissime Sacerdos, etiam si id faceret, ad se ipsum, vel alium infirmum per modum viatici communicandum.

- Per accidens potest esse licitum vnā speciem cōsecrare sine alia, vt si Sacerdos consecrata hostia comperiret vinū esse veneno infectum; aut inveniret nō esse vinum in calice, nec posset aliud in venire; aut si hostes irruerent in Ecclesiam, posset statim, consecrata, & consumpta hostia, fugere ad præcavendum vitæ periculum.

Materia consecranda debet esse præsens sensibilibiter præsentia morali, & humano more, quæ tunc erit quando verificatur pronomen *hoc*; hinc vinum in calice coopertum, aut dolio inclusum, aut hostia in pixide, aut latentes sub alijs, aut sub corporali dicuntur materia præsens, quia cadunt sub demonstratione pronominis, *hoc*, vel, *hic*, non vero hostia existens post parietem, vel distans per triginta passus. C 2 Ma-

Materia consecranda debet esse determinata iuxta intentionem actualem, vel virtualem consecrantis. Hinc si ex decem hostijs præsentibus tantum intendat consecrare sex, non determinando illas, nulla esset consecrata. Si Sacerdos magnam quantitatem panis, vel vini præsentem consecraret, valide, sed non licite consecraret, & peccaret graviter, si illa quantitas non posset opportuno tempore sumi, propter irreverentiam tanti Sacramenti. Quælibet parva quantitas sensibilis panis, & vini est materia huius Sacramenti.

Pronomen *hoc* in forma consecrationis panis significat immediate corpus Christi præsens, non in principio, sed in termino prolationis præsens accidentibus panis, & facit hunc sensum, *hoc, quod significatur præsens realiter his accidentibus, est corpus meum*. Idem proportionate dicendum de pronomine *hic*.

Verba

Verba consecrationis in primo instanti naturæ sunt significativa: in secundo sunt effectiva, & in tertio vera: tamen in eodem instanti reali habent significare, efficere, & esse vera.

Verba consecrationis convertunt panem in corpus Christi, & vinum in eius sanguinem, vt instrumentum morale: Deus vt causa principalis physica: Sacerdos, vt causa secunda ministerialis moralis. Dicta conversio vocatur ab Ecclesia *Transsubstantiatio*, idest *transitus totius substantia panis in substantiam corporis Christi, & totius substantia vini in eius sanguinem*: nil ergo substantiæ panis, & vini remanet, sed solum illorum accidentia.

Totus Christus verus Deus, & homo fit præsens sub qualibet specie per actionem adductivam, in quibus speciebus, & sub earum qualibet particula est præsens modo sacramentali, & indivisibili.

Ad motum specierum movetur corpus

C 3

Chris-



Christi immediate à Deo, non à Sacerdote.

Christus incipit esse sub speciebus panis, & vini in eo instanti intrinseco, in quo completur significatio verborum, & est verum dicere, verborum prolatio iam est finita; in illisque conservatur quoadin conservaretur substantia panis, si sub illis existeret.

Quando Christus desinit esse sub speciebus corruptis, ut aliud fiat, à Deo creatur eadem materia prima, quæ præfuit, vel diversa.

Ex vi verborum continetur sub speciebus panis quod præcise verba significant, nempe corpus Christi, quod est compositum ex materia, & forma corporeitatis: per concomitantiam immediatam sanguis: per unionem physicam anima; per unionem hypostaticam Verbum Divinum; per circuminfusionem Pater, & Spiritus Sanctus. Idem proportionaliter dicendum de speciebus vini.

Huius

Huius admirabilis Sacramenti effectus sunt plures. Primus, augmentū gratiæ. Secundus, speciale auxiliū ad peccata vitanda, fomitem peccati temperandum, tentationes repellendas, ad recte operandum, & ad bonos motus in appetitu excitandos. Tertius, confert animi devotionem, & charitatis fervorem cum speciali dulcedine, & delectatione, lætitiæque spiritus: quæ lætitia impeditur per peccata venialia, aliquādo vt maxime spirituales humiliantur. Quartus, remissionem peccatorum venialium ex opere operato, cum hoc Sacramento liberemur à culpis quotidianis ex Tridentino, cum aliqua tamen eorum displicentia. Quintus, vñionem spiritualem cum Christo, & fidelibus, ex Paulo, dum ait; *unum corpus sumus, qui de vno pane participamus.*

Quando nam Eucharistia suos producit effectus?

Respōdetur, in primo instanti, in quo verum est dicere, aliquid Sacramenti

C 4

man-

manducatum est, & traiectum in stomachum; quia manducanti facta est promissio: *qui manducat hunc panem &c. qui manducat me &c. nisi manducaveritis &c.*

An Sacerdos communicans sub vtraque specie plus gratiæ recipiat, quam recipiat laicus, qui sub vnica tantum specie communicat? Variant Doctores; aliqui affirmant; aliqui negant; vtrumque est probabile.

Omnis homo baptizatus est Sacramenti Eucharistiæ capax: hinc amentes, qui numquam rationis vsum habuerunt, nec non pueri huius sacramenti sunt capaces; non tamen est illis idandum, etiam in articulo mortis, vt observat Ecclesia; si vero amentes habuerint lucida intervalla, expectandum est tempus vsum rationis, & tunc administrandum.

Si amens aliquando habuerit vsum rationis, & postea amentia sit continua, potest recipere hoc sacramentum  
solum

solum in articulo mortis, si absit periculum vomitus, expulsionis, aut alterius irreverentiæ: idem dicendum de phreneticis, & de infirmo deliranti propter febrim.

Semifatus, qui aliqualem, sed imperfectum rationis usum nacti sunt, danda est Eucharistia, tempore tantum paschatis, & in articulo mortis, secluso irreverentiæ periculo.

Obsessis, & à Dæmone vexatis usu rationis non privatis potest administrari Eucharistia, quoties prudens confessarius indicaverit; quia potest illis multum prodesse. Idem dic de muto, & surdo à natiuitate.

Præceptum de Eucharistia sumenda est Divinum, Ioannis 6. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis* quo tenentur omnes adulti ratione utentes.

Tale

Tale præceptum obligat in articulo, vel periculo mortis naturalis, vel violentæ, vt hoc Sacramento se præparent ad transitum ex hac vita.

Qui mane communicavit ex devotione, & post meridiem in periculum incidit eodem die decedendi, est probabile teneri iterum viaticum sumere.

Tale Divinum præceptum obligat singulis annis, quia præceptum Ecclesiasticum de annua communione, est Divini præcepti determinatiuum. Si in articulo mortis liceat petere Eucharistiam à Sacerdote excōmunicato denūtiato, hæretico, & ab omni eo, a quo peti potest absolutio in eodē articulo? affirmative respondendum, nisi adsit scandalum, & religionis infamia.

Potest dari communio damnatis ad mortem; dandaque est pridie ante mortem, vt mos est, & potest dari vna hora ante mortem, etiam non ieiunis; & Romæ ipso mortis die datur, quia est viaticum.

Iudex

Iudex mortaliter peccat denegando tempus reo ad Eucharistiam sumendam, per se loquendo, præciso periculo, notabilis damni communis, vel alia iusta causa.

Datur etiam præceptum Ecclesiasticum sumendi saltem semel in anno Eucharistiam, quod præceptum obligat omnes fideles baptizatos postquam ad annos discretionis pervenerint.

Incipit discretio ab anno decimo usque ad decimum quartum, quando sciunt discernere panem divinum ab usuali: corpus Christi sumendum esse puro corde, præmissa confessione; consultius tamen est hoc totum relinquere iudicio Parochi, seu confessoris.

Hoc præceptum obligat in paschate, & per pascha ex Ecclesiastica consuetudine, & decreto Eugenij Quarti intelliguntur quindecim dies incipiendo à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in albis inclusive; at ubi laxior est consuetudo, sufficit illam ser-

vare,

Fide-

Fideles, vt huic præcepto satisfaciãt, tenentur Eucharistiam sumere in propria Parochia de manu propria Parochi, vel alterius de illius facultate; satisfacerent etiam præcepto Eucharistiæ, recipiendo eam in Ecclesijs regularium de licentia Parochi.

Contra non communicantem in Paschate, in iure non est aliqua pœna lata, sed ferenda.

Qui non communicavit in Paschate, tenetur elapso tempore Paschatis eodem anno, quam primum possit, communicare; quod si indigne communicaverit, præcepto Ecclesiæ non satisfacit; excusaretur tamen à pœna ferenda.

Plures requiruntur dispositiones in recipiente Eucharistiã. Prima est baptismus, & fides: secunda, actualis, vel virtualis intentio; est etiam probabile, quod sufficiat intentio habitualis. Tertia est, vt suscipiens sit in gratia.

Gravius peccatum est communicare

in peccato mortali, quam hominem interficere, ratione obiecti; nam primum est contra virtutem religionis, & reverentiam Christo debitam: secundum vero contra purum hominem; ratione tamen damni, & per accidens, secundum gravius censetur.

Communicare in peccato mortali quintum locum habet inter gravia peccata. Primum, & gravissimum omnium peccatorum est odium Dei: secundum hæresis, seu apostasia: tertium desperatio: quartum, contra Christum in propria specie, ut peccatum crucifigentium Christum. Quintum, contra Christum in aliena specie, videlicet indigna illius susceptio.

Quædam dispositiones ex parte corporis requiruntur, quibus deficientibus, indecenter recipitur Eucharistia. Quædam est necessaria necessitate præcepti Ecclesiæ, nempe ieiunium naturale à media nocte immediate antecedente sumptionem Eucharistiæ, nisi  
neces



neccsitas exculet, vt in infirmo non ieiuno existenti in probabili mortis articulo, quia Diuinum præceptum de Eucharistia fumenda præualet Ecclesiastico de seruando ieiunium. Similiter, si Sacerdos advertat Eucharistiam deveniendam ad manus infidelium, qui eam iniuriose tractabunt, non ieiunus potest illã sumere. Item Sacerdos non ieiunus si non adsit alius, tenetur perficere sacrificium inchoatum ab alio, qui post consecrationem moritur.

Iure aliquo non est prohibitum quotidie communicare. Et melius est frequentius communicare, quam rarius; quia primum est per se bonum, nempe digna communio; abstinentia vero per accidens. Item frequentatio provenit ex charitate: abstinentia à timore.

Minister Eucharistiæ ordinarius est solus Sacerdos, & necessarius consecrationis Eucharistiæ. Item, Minister ordinarius, & deputatus ad hoc Sacramentum dispensandum, seu ministrandum, est

est solus Sacerdos, qui vt licite dispen-  
set, seu ministret, requirit Jurisdictionem,  
cum Sacramenta ministrare, munus sit  
Pastoris, de cuius licentia potest  
quilibet simplex Sacerdos Sacramen-  
tum ministrare respectu ovium suarum.  
Diaconus potest esse Minister extraor-  
dinarius in necessitate, & de licentia  
Parochi. Parochus tenetur suis ovibus  
Eucharistiam administrare, quoties ra-  
tionabiliter petunt; quia par non est, vt  
parvuli panem petant, & non sit, qui  
eis frangat.

Minister in peccato mortali minis-  
trans, peccat mortaliter, & tot peccata  
committit, quot sunt personæ, qui-  
bus Eucharistiam ministrat, qui si ma-  
iori excommunicatione ligatus minis-  
trat, dupliciter peccat: Primo contra  
reverentiam Sacramento debitam: se-  
cundò contra censuram, & irregularis  
est. Est etiã probabile, quod ministrans  
in peccato mortali non peccat morta-  
liter. Et in sententia tenente, quod pec-  
cat

cat mortaliter. Etiam est probabile, quod qui pluribus successive Eucharistiam administrat vnum tantum peccatum mortale committit.

Sacerdos non potest hostias minores consecratas statim ponere in tabernaculo, aut extra aram, vel dare alteri Sacerdoti, vt populo distribuatur, quia hæc quoque pertinent, sicut hostia maior ad idem sacrificium, & ita à consecratione vsque ad communionem Sacerdotis stare debent super aram.

Non potest Eucharistia ministrari peccatori publico, siue publice, siue occulte petat, donec publicam pœnitentiam agat, & publice scandalo satisfaciat, quia perdidit ius petendi: in articulo mortis potest, si confiteatur, vel ostendat signa contritionis.

Si peccator sit occultus, & occultè petat, si eius peccatum sciatur à Ministro extra confessionem, neganda est ei communio, quia non habet ius petendi, & nulla sequitur infamia, vel scandalum

dalum ; si vero Minister sciat delictum in confessione, non est deneganda ei Eucharistia, ne confessio fiat odiosa : nec peccatori occulto publice petenti, quia licet in foro Dei non habeat ius petendi, habet tamē in foro Ecclesiæ, cum adhuc sit in possessione bonæ famæ, & pertinet ad bonum Ecclesiæ gubernium, vt bonæ communiæ secundum publicam scientiã dispensentur.

## DE SACRIFICIO MISSÆ.

Sacrificium Missæ est agnus immaculatus, scilicet Christus moraliter, & incruenter mortuus. Sacrificatio, seu huius sacrificij actio est moralis, & incruenta Christi mactatio, quæ per consecrationem vtriusque speciei fit: quia per verba, *hoc est corpus meum*, ex vi verborum ponitur corpus, & non sanguis, nec anima; & per verba *hic est sanguis meus*, ponitur ex vi verborum sanguis, & non corpus, nec anima. Oblatio huius

D

sacri-

sacrificij sistit in illis verbis: *Offerimus preclara maiestati tue de tuis donis, ac datis, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vite aeternae, & calicem salutis perpetuae.*

Primarius finis huius sacrificij est recognitio supremi dominij Dei, & nostrae servitutis. Finis secundarius est laus, & gloria nominis Dei, & utilitas totius Ecclesiae, quae utilitas consistit in propitiatione peccatorum venialium ex opere operato; in impetratione Divinorum auxiliorum, ut per contritionem, vel Dei amorem, vel per attritionem cum Sacramento acquirat remissionem peccatorum mortalium; in satisfactione pro poenis peccatis debitis.

Qui finis secundarius non dependet à probitate Sacerdotis, cum sit à Sacrificio ex opere operato.

Missae sacrificium, licet in se sit infinitum, eius tamen effectus finitus est; nam ex usu, & sensu Ecclesiae, Missae pro

pro eadem re repetuntur.

Qui tenetur Missam pro alio offerre, non potest alij fructum principalem applicare, & graviter peccaret, quia id alij foret fraudi in re gravi: sicut qui ad sacrum ex iustitia obligatus, illud sine iusta causa differt, quia magno fructu alterum privat; & multo magis, si omit-  
tat, teneturque ad stipendij restituti-  
onem.

Qui pluribus Missam gratis promi-  
sit, non potest vnica satisfacere, quia vi-  
get promissio.

Quando quis pecuniam ab alio acce-  
pit, vt pro illo celebret, aut celebrari  
curet, potest per alium bonum Sacerdo-  
tem dici, aut celebrari Missa, minus da-  
do quam acceperit, per se loquendo:  
est tamen vetitum ab Urbano Octavo  
ob speciem turpis quaestus: dixi *per bo-  
num Sacerdotem*, quia si per malum curet  
celebrare, perditur fructus, qui est ex  
opere operantis.

Solus Sacerdos offerens, valide ap-  
pli-

plicat fructum sacrificij per suam intē-  
tionem, quia est actus potestatis Sa-  
cerdotalis.

Sacrificiū, quod nec formaliter, nec  
virtualiter vlli applicatū est, vel ante,  
vel in ipsa consecratione saltē secundæ  
speciei, non potest postea vlli applica-  
ri. Oppositum est probabile; quia vltq;  
ad sumptiones permanet sacrificiū, nē-  
pe agnus immaculatus Christus. Si nullū  
applicetur, vel incapaci applicetur,  
fructus sacrificij manet in Thesauro  
Ecclesiæ, vel cedit ipsi Sacerdoti, vel  
illis, pro quibus tenetur specialiter of-  
ferre, propter implicitam intensionem.

Potest fieri applicatio sub conditio-  
ne, si iam sit impleta, non vero si sit  
futura.

## DE POENITENTIA SACRA- mento.

**P**OENitentia vt sic est *pœna tenentia*,  
quasi semper in se punit quis,  
quod

quod peccando commisit. Duplex est pœnitentia: pœnitentia virtus, & pœnitentia Sacramentum. Prima est virtus specialis supernaturalis inclinans hominẽ ad detestationẽ peccati, ad satisfaciendum Deo pro iniuria, & offensa illi facta, & conservandum ius divinum illæsum. Actus contritionis, & amoris Dei sunt pœnitentiæ virtus: ille formaliter; iste æquivalenter.

Pœnitentiæ Sacramentum est Sacramentum à Christo Domino institutum consistans ex actibus pœnitentis, scilicet cordis contritione, oris confessione, & operis satisfactione; & absolutione peccatorum prolata à Sacerdote.

Fuit institutum tale Sacramentum, Ioannis 20. quando post Resurrectionẽ insufflavit Christus dicens: accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata, remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt; inchoative vero in nocte cruce, quando Apostolos ordinavit Sacerdotes: in illis autem verbis



Matthæi 16. tibi dabo claves Regni Cælo-  
rum &c. Quodcumque solveris &c. pro-  
misit facultatem absolvendi à peccatis;  
seu data fuit facultas ferendi censuras.

Sacramentum Pœnitentiæ est neces-  
sarium necessitatè mediij in re, vel in vo-  
to his, qui post baptismum peccaverunt  
mortaliter: dixi *in re, vel in voto*, quia  
quando currit obligatio recipiendi hoc  
sacramentum in re, & recipi nequit, suffi-  
ficit susceptio illius in voto incluso in  
actu contritionis, vel amoris Dei; &  
licet per contritionem quis obtineat  
remissionem peccatorum, hoc non est  
simpliciter, & absolute, sed cù onere, &  
obligatione confitendi de iure Divino.

Materia remota Sacramenti pœni-  
tentiæ sunt peccata post baptismum, vel  
in ipsa receptione baptismi commissa.  
Quæ duplex est, necessaria, & volunta-  
ria: necessaria, sunt peccata mortalia  
post baptismum, vel in receptione bap-  
tismi commissa, non rite confessa: volun-  
taria, peccata venialia, vel mortalia ri-

te confessa; hinc habens sex peccata venialia potest tria confiteri omiſſis alijs; tenetur tamen sub mortali dolere saltem de aliquo veniali ex confessis. Materia, quæ per se est voluntaria potest deper accidens esse necessaria ratione voti, ut si quis voveret omnia peccata venialia, vel mortalia rite confessa, confiteri. Super materiam remotam eandem potest iterari absolutio, non vero super proximam.

Pœnitens certo sciens se commisisse tale peccatum, & dubitat an sit mortale, vel veniale, tenetur illud confiteri, ne se exponat periculo transgrediendi hoc præceptum; non vero, si dubitat, an peccaverit, vel tale commiserit peccatum, quia in hoc Sacramento, sicut in alijs, materia debet esse certa.

Materia proxima huius Sacramenti sunt tres actus pœnitentis, scilicet contritio, sub qua continetur attritio, confessio, & satisfactio: primi duo actus sunt materia essentialis, quia

D 4

sine

fine istis consistere nequit pœnitentiæ Sacramentum ; quod cum sit per modum Iudicij emendativi , & reconciliativi, substantialiter requirit dolorosam delicti manifestationem. Existimata attritio non est vera materia huius Sacramenti ; excusaret tamen à peccato, & à sacrilegio.

Satisfactio realis , seu actualis non est de essentia huius Sacramenti , quia sine illa salvatur huius Sacramenti essentia ; satisfactio vero virtualis , seu in voto est de essentia Sacramenti, quia includitur in dolore supernaturali. Satisfactio in re est pars integralis, quia ad integritatem Iudicij expectat punitionem, seu satisfactio pro delicto. Contritio est actus supernaturalis detestationis de peccato , quatenus est offensa Dei, seu propter Deum summe dilectum, cum proposito de cætero non peccandi, confitendi, & satisfaciendi.

Attritio est actus supernaturalis detestationis de peccato, vel ex conside-

ra-

ratione carentiæ gratiæ , ex contractione maculæ in anima , vel reatus ad pœnam damni, & sensus , cum proposito cavendi in futurum , & spe veniæ divinitus obtinendæ : vnde timor pure servilis, nisi comitetur timorem initialem, non est verum attritionis supernaturalis motuum.

Confessio est legitima accusatio , & Sacramentalis de proprijs peccatis; facta Sacerdoti ad obtinendam remissionem peccatorum per absolutionem.

Confessionis Sacramentalis quatuor sūt necessarię cõditiones, vt scilicet sit vera, integra, lachrymabilis, & obediens Mentiri in materia necessaria, vel falsum dicendo, vel verum tacendo, est peccatum mortale, & invalidat confessionem; non vero in materia voluntaria, dum modo non sit materia totalis. Mentiri circa res, aut circumstantias ad confessionem non pertinentes in ipsamet confessione, est peccatum veniale; gravius tamen quam si esset extra confessionem

In-

Integritas duplex est: physica, & moralis. Illa consistit in confessione omnium peccatorum mortalium quoad speciem, & numerum: ista consistit in confessione peccatorum, quæ hic, & nunc tenetur pœnitens confiteri. Vnde si facta sufficienti examine obliviscatur pœnitens alicuius peccati, non confessio illius non lædit moralem integritatem: vel si ex confessione alicuius peccati redundat in pœnitentem notabile, & grave detrimentum in vita, fama, & bonis temporalibus, non tenetur illud confiteri, & salvatur moralis integritas; vel si puer, aut rudis conticuit aliquod peccatum inuencibiliter ignorans esse peccatum: vel impotentia pœnitentis non potentis loqui, aut manifestare omnia sua peccata; vel si pœnitens non potest explicare speciem sui peccati sine manifestatione personæ complicis, ex cuius manifestatione sequitur grave damnum complici, Si vero for-

lum

confessionem

lum sequitur, quod Confessarius deveniet in illius notitiam, si penitens complicem revelare teneatur? Quidam affirmant debere confiteri; quidam negant: Vtrumque est probabile.

Necessitate præcepti est necessariû conscientiaæ examen, ad quod satis est ea diligentia, quam quis adhiberet in magno negotio, quod optat obtinere.

Si factò sufficienti examine, non recordetur pœnitens certi numeri, & dicit se decies periurasse, *plus*, *minus* *ve*, si postea advertat esse duodecies, aut tredecies, non tenetur illum excessum confiteri, quia in illis verbis: *plus*, *minus* *ve*, satis indicavit se duodecies, aut tredecies peccasse: si vero absolute dixerit se decies peccasse, si postea contempit esse undecies, aut duodecies, tenetur hunc excessum confiteri.

Si factò sufficienti examine meretrix moraliter scire nequit numerum determinatum peccatorum, neque specierum

cierum, satisfacit explicando tempus; in quo fuit exposita omnibus, coniugaris, Clericis, cognatis, &c. Idem dic de concubinario, si dicat se tandiu usum fuisse concubina loco vxoris, vel tandiu permanisse in cōcubinato; idem de assueto ad iurandum, & blasphemandum, dicendum.

### DE CIRCUMSTANTIIS CONFES-

*sionis.*

**C**ircumstantia est accidens adiacēs substantiæ operis; & ideo dicitur circumstantia, quia circumdat actum, & est extra illius substantiā, & essentiam, V. G. furari in loco sacro; substantia actus est ablatio rei alienæ; quod autem fit in loco sacro, est circumstantia. Circumstantiæ aliæ sunt mutantēs speciem; illæ scilicet, quæ diversis specie virtutibus opponuntur, vt habere copulam cum cognata, coniugata, in loco sacro, &c. aliæ aggravantes intra eandem speciem, vt furari viginti, aut triginta.

*De Circumstantijs Confessionis.* **61**  
ginta : alię minuentes intra eamdem  
speciem, vt si quis ex nimia passione suc-  
cubuit tentationi ; aut si invitatus  
peccavit, aut virgo indigens consen-  
sit in stuprum : alię impertinentes,  
vt occidere hominem cum manu sinis-  
tra, vel dextra, ante prandium, vel post.

Circumstatię mutantes speciem sūt  
necessario in confessione aperiendę,  
quia addunt distinctum peccatum op-  
positum distinctę virtuti. Vnde habere  
copulam cum cognata, & est peccatum  
contra castitatem, & est peccatum in-  
cestus. Circumstatię notabiliter ag-  
gravantes intra eadem speciem, si sint  
necessario cōfitendę? quidam affirmāt,  
quidam negant : Vtrumque est proba-  
bile. Circumstatię mutantes speciē, au-  
gentes, aut minuentes intra eamdem spe-  
ciem reducuntur ad istas Septem. *Quis,*  
*Quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, quo mo-*  
*do, Quando.* *Quis*, pertinet ad qualita-  
tem, & conditionem personę paccan-  
tis. *Quid*, ad quantitatem : si parum,  
aut



aut multum furatus est. *Vbi*, idest locus, in quo peccatum est commissum. *Quibus auxilijs*, denotat personam, cuius opera, & consortio utitur quis in patrando delicto, vt si quis ad sollicitandam foeminam ad peccatum utatur aliquo mediatore, vel mediatrice. *Cur*, significat finem extrinsecum, vt si quis furetur gladium ad occidendum; vel pecuniam ad adulterandum: *Quomodo*, expectat ad modum, quo delictum committitur; nam accipere alienum occulte, & sine vi, dicitur furtum; accipere autem alienum violenter est rapina, specie differens à furto. *Quando*, significat tempus, & aliquando mutat speciem, vt celebrare post prandium: opera servilia exercere in die festo.

Effectus Sacramenti Pœnitentiæ sunt quinque. Primus est, remissio peccati mortalis. Secundus, commutatio pœnæ æternæ in temporalem luendam per opera pœnalia, & satisfactionem,

hic,

hic, vel in Purgatorio. Tertius, alicuius pœnæ temporalis remissio per pœnitentiam, maior, aut minor iuxta dispositionem pœnitentis; & tanta potest esse contritio, vt deleat totam pœnam, vt contigit Mariæ Magdalænæ, & bono latroni. Quartus, est gratia reconciliativa peccatoris cum Deo, connotans speciale auxilium Divinæ assistentiæ, quo præservatur pœnitens à peccatis; facilius perseverat in gratia; & eius potentiæ roborantur, vt fortius decertet, & vincat humani generis inimicum. Quintus, est remissio peccatorum venialium.

Peccata venialia possunt remitti per contritionem, & iuxta probabiliorem sententiam, per solam attritionem; nec non per sacramentalia, quæ continentur in hoc versu.

*Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens.*

*Orans, id est oratio Dominica, scilicet Pater noster, oratio in Ecclesiâ cōsecrata.*

*Tinctus,*

*Tinctus*, aqua benedicta: *Edens*, panē benedictum: *Confessus*, idest confessio generalis, quæ solet dici in Missa, & in Prima: *Dans*, idest eleemosinam, ad quam reducuntur omnia opera misericordix: *Benedicens*, idest benedictio Episcopi, vel Abbatis consecrati.

Quando Iustus repentine moritur cum peccatis venialibus; ipsorum culpa remittitur per actū dilectionis Dei, & contritionis, quia anima in instanti separationis a corpore, cum decedat in charitate, habet perfectissimam cognitionem sui status; & videns se habere venialia, elicit dictos actus, per quos remittuntur quoad culpam; quoad pœnam vero remittuntur in purgatorio, per satisfactionem, & suffragia.

### DE SATISFACTIONE.

Satisfactio triplex est, Prima late sumpta pro compensatione damni illati in bonis, aut in persona proximi,  
&

& coincidit cū restitutione, quæ constituit æqualitatem in rebus, & bonis. Secunda proprie sumpta, pro compensatione iniuriæ factæ personæ proximi. Tertia propriissime, pro compensatione iniuriæ factæ Deo per peccatum; quæ duplex est: vnâ pro culpa, & fit per contritionem; altera pro pœna temporali remanente post remissionem peccati; & hæc est duplex: altera quæ fit extra sacramentum ex opere operantis per voluntariam solutionem, & compensationem iniuriæ Deo per peccatum illatæ; altera in Sacramento, ex opere operato per obedientiam, & executionem pœnitentiæ à Confessario impositæ. Ad satisfactionem sacramentalem, vt est solutio pœnæ debitæ tēporalis, non est opus, vt satisfaciēs sit in gratia, vt meritoria vero vitæ æternæ est necessaria gratia.

Per bona opera cōsiliij, & etiam præcepti potest quis satisfacere; quia omne opus meritoriū est satisfactorium; etiam actus mere interni, quia sunt boni, libe-

E ri,

ri, difficiles, & pœnales, vt patet de actu contritionis. Proprie satisfactio fit per opera pœnalia, scilicet orationem, eleemofnam, & ieiunium, ad quæ reducuntur omnia alia pœnalia. Potest quis satisfacere Deo per pœnas, quas necessario patitur in hac vita, vt est fames, infirmitas &c. si eas voluntarie accipit, & Deo offerat in satisfactionem pœnarum.

Confessarius, regulariter loquendo, tenetur imponere satisfactionem, seu pœnitentiam pœnitenti, ex Tridentino. Et peccaret mortaliter omittendo, quia tenetur facere Sacramentum integrum, & curare, vt Medicus, salutem pœnitētis, & seruire, vt Iudex, equitatem. Si vero pœnitens est impotens ad illam exequendam, vt si est morti proximus, licet absolvere illum sine pœnitentia: si vero aliquam potest implere, tenetur Confessarius illam imponere, etsi levissimam tali statui proportionatam, vt est unctio pectoris, & invocatio nominis Iesu &c.

Conz

Confessarius debet imponere pœnitentiam proportionatam, considerata gravitate peccatorum, & qualitate peccatoris, quia est Iudex. Pœnitentia imponenda est ante absolutionem, quia pœnitentia, vt est satisfactio est pars materialis, & supponitur formæ. Neq; potest Confessarius perse loquendo obligare pœnitentem ad satisfactionem implendam ante absolutionem, quia pœna non tollitur, nisi remissa culpa. Si pœnitenti imponat Confessarius ieiunium, non satisficit ieiunando in die præcepti, nisi id constet de voluntate Confessarij. Pœnitentia à Confessario imposta potest ab alio ex iusta causa commutari, auditis in confessione ijsdem peccatis. Pœnitens peccat mortaliter non implens pœnitentiam gravem acceptatam, quia facit contra obligationem in re gravi. Per pœnitentiam gravem intelligitur vnum rosarium, septem psalmi, tres *miserere mei*: per levem autem, vnum *Pater noster*, vna *Ave Maria*, & etiam quin-

que.

E 1

Si

Si Pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam a Confessario, loquendo de Pœnitentia satisfactoria? aliqui affirmant, alij negant.

Si Confessarius determinavit tempus certum pro pœnitentia, tenetur pœnitens intra illud implere pœnitentiam, aliter peccaret pro æqualitate pœnitentiæ, vt patet à simili de obligatione ad restituendum, vel ad implendum votum: si vero terminum non præfixerit, tenetur pœnitens eam implere quâ primû cõmode poterit. Pœna per satisfactionem remittitur, aut minuitur, quando pœnitentia perfecte impletur.

### *DE PRÆCEPTO CONFSSIONIS.*

Datur præceptum diuinum de confessione ex Patribus, & Concilijs, & præcipue ex Tridentino. Ligat dictum præceptum diuinum omnes fideles baptizatos habentes peccata mortalia post baptismum commissa, aut in ipsa susceptione baptismi, & hoc in tẽpore necessitatis,

hoc

*D: Præcepto Confessionis.* 69

hoc est in articulo, vel periculo probabili mortis: talis est cõdemnat<sup>9</sup> ad mortem: gravis ægrotudo: timés probabiliter periculum naufragij: ingrediés iter, vel bellú periculosú: inquinaria pestis: fœmina cum primú parturit, & postea, si experta est difficiles partus.

Tale præceptum obligat etiam per se aliquádo in vita. Quo tempore vite? Variant Doctores: quidam existimant obligare quolibet quinquennio: alij semel in anno plus, minus ve: sicut peccaret, qui semel saltim in anno nõ crederet, speraret, Deú diligeret, aut oraret; proindeq; Ecclesia determinavit cõfessionem semel in anno obligare.

Datur præceptum Ecclesiasticum annuæ cõfessionis ex capite *omnis utriusque sexus*: quod præceptum de iure, in qualibet parte anni potest impleri; de consuetudine, in quadragesima: annus confessionis computandus est more Ecclesiastico à paschate vsque ad pascha, vel ab vna quadragesima in aliam.



Habens tantum peccata venialia, nõ tenetur cõfiteri tempore paschatis; tamen, vt vitetur scandalum tenetur adire Parochum, & dicere se per misericordiam Dei non habere peccatũ mortale. Dictum præceptum quoad substantiam est divinum; quoad circumstantiam temporis est ecclesiasticum; sicut præceptum de solvendis decimis, quoad substantiam est divinum; quoad quotã vero, ecclesiasticum. Omittens annuam confessionem tenetur anno sequenti confiteri: & si omisit eam duobus annis, duo peccata commisit; satisfacit tamen vnica cõfessione, & peccat toties, quoties data opportunitate illam omittit.

Prævidens, quod non poterit eo anno confiteri, quia suscipit, V. G. longinquam peregrinationem, tenetur cõfessionem prævenire; sicut qui prævidet fore, vt vespere nequeat recitare vespere ob gravem infirmitatem, aut aliud legitimum impedimentum, tenetur eas mane persolvere.

Obli-

Obligat dictum præceptum omnes fideles baptizatos post peccatum mortale commissum, Etiam surdum, & mutum; etiam extra articulum mortis cōfitendo per scripturam, si scit scribere, nisi timeat cōfessarium eam rapturum; vel per nutus, explicando eo modo, quo potest, suas culpas: nec non pueros vsū rationis habentes, qui vsus communitè incipit circa septennium, sicut obligantur ad alia præcepta, vt audire missā in die festo; & abstinere à carnibus, & lacticijs in diebus prohibitis. Non est in iure aliqua pœnalata omittentibus annuam confessionem, sed ferenda: unde pueri vsus rationis habentes, licet incurrant excommunicationem canonis, *si quis suadente Diabolo*, ante pubertatem excusantur à censura à iudice ferenda.

Excusantur à præcepto confessionis; primo, qui non habet cōfessarium, & ad illum habendum susceptur<sup>9</sup> est longum iter cum incommodo, arbitrio prudentis viri.

E 4

Se-

Secundo, qui probabiliter timet revelationem peccati, aut aliud grave detrimentum, excusatur à confessione eorum peccatorum, ex quorum cōfessione timet illa; tenetur tamen alia mortalia confiteri, si habeat. Tertio, qui non potest sub sigillo confiteri; ideo nemo tenetur confiteri publice, aut per interpretē, etiā in periculo mortis, nisi in eo constitut<sup>9</sup> actū elicere contritionis nō valeat: & tūc poterit venialia cōfiteri, & mortalia ingenere; potest tamen, si vult.

Tunc iteranda est confessio: Primo, quando non habuit actum attritionis. Secundo, si absque causa excusante, scienter omisit aliquod mortale, vel circumstantiam necessario confitendam. Tertio, si omisit aliquod peccatum mortale ob debiti examinis defectum. Quarto, quando penitens excōmunicatus, sciens esse excōmunicatum, vult absolvi, & absolvitur prius à peccatis, quā ab excommunicatione. Quinto, si in confessione mentitus est in materia necessaria.

ria. Sexto, si Sacerdos non est confessarius, hoc est, non habens iurisdictionem ordinariam, nec delegatam. Septimo, si scienter est facta confessio Confessario, qui adeo ignarus est, ut nesciat distinguere inter mortale, & veniale; reservata, & non reservata; vel si confiteatur Confessario dormienti, omnino surdo, aut non advertenti: at si bonafide confessus est ignoranti, non videtur iteranda confessio.

*DE MINISTRO POENITENTIÆ.*

**M**inister huius Sacramenti est solus Sacerdos, in quo, præter potestatem ordinis, requiritur potestas iurisdictionis ordinaria, aut delegata ad valide conficiendum. Potestas iurisdictionis est autoritas, qua unus est alteri superior in foro pœnitentiæ, quæ quidem autoritas datur per extrinsecam concessionem ab Ecclesia,

Iurif-

Iurisdicção ordinaria est primo in Summo Pontifice respectu totius Ecclesie, immediate à Christo Domino; in summo Pœnitentiario Papæ, & Nuntio Apostolico; in Episcopo respectu suæ Diœcesis, & ei competit ex officio, dependenter tamen à Papa: in Parochis quoad suas oves, quorum iurisdicção est subordinata Episcopo: in Vicario Generali in foro contentioso, & foro pœnitentiæ, quia repræsêntat personam Episcopi: in Prælatis religionum, vt sunt Generales, Provinciales, Abbates, Guardiani, Priores, &c. Respective habentes iurisdictionem ordinariam, possunt absolvere suos subditos extra territorium, & Diœcesim, & possunt in hoc pœnitentiæ foro eam delegare, nisi sint de iure impiditi, quæ iurisdicção delegata regulanda est per regulam gratiæ, quæ non spirat morte concedentis.

Potest simplex Sacerdos absolvere à peccatis venialibus, & etiam mortali-  
bus

bus rite confessis, & absolutis, nec non de non confessis in articulo, vel periculo mortis ex concessione Ecclesiæ, nisi sit excommunicatus vitandus, quia hic privatur iurisdictione Ecclesiastica.

Habens beneficium Parochiale, aut approbatus ab Episcopo per examen, aut alio modo bene sibi viso, est minister idoneus ad confessionem. Nomine Episcopi hic intelligitur Episcopus iurisdictionem habens, Vicarius Generalis Episcopi, & Capitulum sedevacante. Parochus post Tridentinum non potest Sacerdotes approbare ad audiendas confessiones.

Approbatio Cōfessariorum pro vna Diœcesi non sufficit pro omnibus. Si vero approbatus in vna Diœcesi possit in alia eligi in Confessarium ab habente bullam cruciatam? quidam affirmant; quidam probabilius negant.

Approbatus ex defectu ætatis ad confessionem virorum, si possit à foeminis  
eligi

eligi in Confessarium virtute bullæ? quidam affirmant; quidam probabilius negant. Non est necessum approbationem dare in scriptis; expedit tamen, vt Confessarius possit eam exhibere, quoties opus esse iudicaverit.

*DE RESERVATIONE PECCATORUM.*

**D**E fide est, vt in Tridentino, quod in Ecclesia Dei est potestas reservandi peccata, quæ reservatio ad eum pertinet, ad quem Confessorum approbatio, & iurisdictionis concessio convenit. Reservatio est limitatio, aut restrictio iurisdictionis in Sacerdote inferiori facta à superiori ad id potestatem habente. Reservationis finis est pena peccati pœnitentis, cum importet obligationem præsentandi se legitimo superiori habenti facultatem pro reservatis, & ita est onerosa, & odiosa subditis, & Curatis: illis, quia reddit difficile

vsum

usum Sacramenti Penitentiae: istis, quia restringit suam iurisdictionem; ideo restringenda tantum ad verba reservativa; ita ut illorum sensus, & intelligentia salventur, & non extendantur: hinc non sequitur, legens librum haereticorum incurrit in excommunicationem reservatam Papae: ergo & audiens illum legentem, vel haeretici concionem.

- Item, quando reservatio fertur infacientem, non includit mandantes, vel consulentes; & quando fertur contra consilium, vel auxilium dantes, incurritur, quamvis effectus non sequatur, si revera consilium dederunt.

Facultas reservandi peccata competit Summo Pontifici in toto orbe: Episcopo in sua Dioecesi: Generali in sua religione. Hinc casus reservati alij sunt Papales, qui Papae reservantur; alij Episcopales, qui solis Episcopis; alij regulares, quos Prae-



Prælati iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, sibi reservant.

Nullum peccatum est Papæ reservatum, nisi ratione excommunicationis, seu censuræ; hac ergo per validam absolutionem ablata, vel per ignorantiam non incurfa, peccatum non est reservatum; quia peccati reservatio inferi, & conservari pendet ab ipsa censura [ loquor de peccatis Papæ reservatis. ]

Ex solo iure communi nullum peccatum est Episcopo reservatum; in iure enim nullus est textus, in quo casus aliquis sit Episcopo reservatus; solum ergo Episcopis reservatur censuræ, & casus, quos ipsi reservant, de quibus nulla regula generalis tradi potest, quia hæc dependent ex facto, & in varijs Diocesesibus varia reservata reperiuntur.

Prælati possunt sibi reservare; primo personas aliquas, vt campsores, mercatores, &c: non tamen respectu Curatorum, cum sint Iudices ordina-

rij

rij fori interioris suorum parochiano-  
rum.

Secundo, tempus, scilicet excipien-  
do aliquas festivitates, vel dando eis  
delegationem ad semestre, ad annum,  
&c: & hoc non respectu Parochorum,  
cum perpetuam habeant autoritatem.  
Tertio possunt reservare sibi crimina  
quædam graviora, etiam respectu Cu-  
ratorum, ex Tridentino.

Causæ, ob quas reservantur casus, plu-  
res sunt. Prima, vt talia delicta à Præla-  
tis melius corrigantur, & subditi ob hoc  
frenum ab illis se contineant: nam faci-  
litas veniæ incentiuum tribuit delin-  
quendi.

Secunda, ob imperitiã Sacerdotum  
inferiorum, propter quam volunt me-  
rito superiores in arduis casibus ad ip-  
sos haberi recursus.

Tertia, quia reservatio est medicina  
præservativa: multi enim, si non vir-  
tutis amore, saltem pœnæ timore re-  
tardantur ab illis committendis, quia  
sunt

sunt reservata: est etiam reservatio medicina curativa; quia casus reservatur, ut superior cognoscat oves suas, eisque applicet remedium, & medicinam.

Peccata merè interna reservari possunt, quia potest superior non communicare iurisdictionem circa illa; de facto tamen nullum est reservatum, sicut de facto nulla peccata venialia sunt reservata; reservantur ergo solum peccata mortalia externa, eaque graviora ob rationes dictas.

Casus reservatus debet esse clarus, & certus: unde quando vere dubitatur, an aliquod peccatum sit reservatum, & facta debita diligentia, animus manet eque dubius, deponat Confessarius dubium, & reputet non esse reservatum, directeque absolvat penitentem; quia in dubio melior est conditio possidentis, & Confessarius approbatus est in possessione suæ iurisdictionis, & penitens in possessione libertatis à reservatione, & quia  
reser

reservatio est de iosa, restringenda est ad casus certos, & multo magis si veretur in opinione, an casus sit reservatus, potest Confessari<sup>9</sup> loqui opinionem alteritium non esse reservatum, & sic dicte illum absolvere.

Reservatio facta per legem, & statutum synodale, non expirat per mortem reservatis, quia lex semper loquitur, & de se se perpetua, nisi abeat in disuetudinem, si vero sit personalis, quæ sit per mandatum, cessat per mortem personæ reservatis. & ita si mandatis visitationis Episcopi reservant sibi aliqua peccata, sive eum excommunicatione, sive sine illa, expirat reservatio mortuo Episcopo, vel ab officio remoto.

Si quis ignorat reservationem alicuius casus, incurret in illam? Aliqui negant: aliqui probabilius affirmant, quia casuum reservatio tollit jurisdictionem absolvendi: igitur ignorantia nequit efficere, ut sit valida absolutio.

Cōcedes facultatē absolvendi à casib<sup>9</sup> reservatis intelligitur etiā cocedere facultatē absolvendi à censuris, quia à peccatis nemo absolvi potest, nisi prius absolvatur à censura illis annexa.

An absolutio à peccatis, & nō ab excommunicatione sit valida? Aliqui negant; alii probabilius affirmant. Pro affirmantibus fundamentum: excommunicatio pœnitentis per se non tollit, quod est de substantia Sacramenti; nec aufert iurisdictionem Sacerdotis in excommunicatum, neque reddit subiectum incapax Sacramentorum, ut patet in alijs Sacramentis: excommunicatio enim tantum est vinculum, quod habet adiunctum præceptum non recipiendi Sacramenta; consequenter tantum reddit confessionem iniquam, non autem invalidam, quia per excommunicationem privatur quis iurisdictione activa in alios, si excommunicatus sit denunciatus, & non toleratus; nō tamen subiectione passiva ad alios sibi superio-

res, hoc est alij non privantur iurisdictione in ipsum, alioquin non tam ipsorum, quam ipsius Confessarij esset talis poena.

Poenitens scienter faciens confessionem reservandorum invalidam cum habente facultatem super reservata, si ab eo absolvatur, & si invalide quoad remissionem peccatorum, liberatur à reservatione, & potest illa cuicumque confessario confiteri, quia satisfecit legi Ecclesiasticæ reservationis, quæ dicat legitimum iudicem comparandum; quavis non legi Divinæ confessionis, & sic tenetur eadem peccata confiteri.

Hoc etiam procedit de peccatis reservatis, quæ obliuiscitur confiteri, quia interpretative petit ab illis absolvi, & Confessarius censetur velle illum absolvere quantum licite potest.

Si Confessarius non habens iurisdictionem, absoluit à reservatis, tenetur illam petere à Superiore, & ea habita postea (si scandalum absit) monere poenitentem.

nitentem ad iterum confitendum: vñ si  
 poenitens in scius venit ad secundam ob-  
 fessionem, petere, an doleat de peccatis  
 in precedenti confessione dictis, & cu-  
 piat; si aliqua ratione necessum sit etiam  
 ab eis absolvi, & iudicat, quod sit, illum  
 absolvere. Ita communiter Doctores.

In articulo, seu periculo mortis sim-  
 plex Sacerdos absolvere potest à quib-  
 uscumque casibus, & censuris reservatis:  
 & est probabile hoc posse facere,  
 presentē Prælato, cum hac differentiâ  
 quod si absolutio sit de casibus reservatis,  
 absolutus, cessante periculo, non te-  
 netur se presentare superiori; si vero sit  
 de censuris reservatis, tenetur quâ pri-  
 mum poterit ( alioquin reincidet in eâ-  
 dem excommunicationem) non ut ab ea  
 absolvat, quia iam est absolutus, sed  
 ut præbeat se obediens pr. Ecclesie, &  
 paratum ad aliquam poenitentiam; in quo  
 multi dicunt Confessarium debere im-  
 ponere poenitenti hoc onus presentan-  
 di se sub iuramento. Si vero absolutio

acen-

à cenſuris reſervatis ſiut virtute bullæ cruciatæ, excuſantur penitētes ab obligatione comparendi, & præſentandi ſe ſuperiori, excepto hæreſis peccato.

## DE FORMA SACRAMENTI

### Pœnitentiæ.

Sacramenti Pœnitentiæ forma conſiſtit in iſtis verbis: *Ego te abſolvo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, amen*: ad eſſentiam tamen, & valorem Sacramenti ſufficiunt hæc duo verba explicite prolata: *abſolvo te*; & aliqui dicunt ſufficere hoc ſolum verbum, *abſolvo*, quia ex antecedentibus, & ſubſequentibus apparet poenitentem præſentem abſolvi à peccatis: miniſter tamen omittens illa verba, à peccatis tuis, peccaret mortaliter.

Senſus formæ *abſolvo te*, eſt talis: *remitto tibi peccata, quantum eſt ex vi Sacramenti*; vel *confero tibi beneficium abſolutionis, cuius virtus eſt peccata dele-*



*delere, si inveniat, per se mediante gratia reconciliativa.* Sacerdos his verbis, *absolvite*, potest simul absolvere à censuris, & à peccatis.

Non potest dari absolutio sub conditione de futuro, quia sacrilega esset, & vitaret Sacramentum; secus vero de præterito, & de præsentì.

*D E A B S O L V T I O N E C E N S U R A R U M.*

**E**Xtra confessionem sacramentalem potest dari absolutio à censuris ab Ordinario, & eius delegato, vel ab alio virtute privilegij, aut bullæ cruciatæ, aut Iubilæi. Potest dari absolutio censurarum absenti; tamen propter reverentiam censurarum, & scandala vitanda non expedit, nisi in aliquo casu raro. Ratio prioris est, quia absolutio ab excommunicatione, V. G. totaliter pèdet à voluntate absolventis, & ita potest absens invitus, & ignorans absolvi; unde

si Summus Pontifex diceret: *ego absolvo omnes excommunicatos totius mundi*, omnes revera essent absoluti, fierentque participes omnium suffragiorum Ecclesie, licet ipsi quandiu id ignorarent, teneretur se gerere pro excommunicatis.

Nunc in usu est, ut absentis absolutio committatur Sacerdoti, ut sic presentem absolvat; quod intelligendum est de absolvente per potestatem ordinariam, absolutam, & independentem à consensu illius, qui absolvendus est; nam qui absolveret aliquem ex vi privilegij concessi pœnitenti, ut virtute bullæ cruciatæ, vel lubitæ, si invitum illum absolveret, nil faceret, quia usus talis privilegij pendet à voluntate ipsius privilegiati.

Excommunicatus, qui in articulo mortis non potuit absolvi ab excommunicatione reservata, potest defunctus absolvi, si dederit signa contritionis, ut sepeliatur in loco sacro, & partici-

per de sacrificijs Ecclesie; nō a quocūq;  
quia iam non est in articulo mortis, sed  
ab eo, cui erāt reseruatā; signa autē co-  
tritionis sufficienter probantur per vni-  
cum testem, quia nulli sit præiudicium.

Deficiente Sacerdote, si possit ali-  
quis absolvere moribundum à censuris?  
Aliqui negant; alqui affirmant, posse  
Clericum primæ tonsuræ, & eo deficiē-  
te laicum baptizatum, quia laicus est  
capax talis iurisdictionis, si Papa illi  
concedat; censetur autem cuilibet ca-  
pacitatem habenti concessam; & addunt  
hanc sententiam non solum practicari  
posse, sed debere, quia est probabilis,  
& ex illa nullum sequitur inconueniens;  
immo maxima moris proficit.

Absolutio data vterque bullæ crucia-  
te, vel alterius privilegij, excommuni-  
catis publice, ac nominatim denunciato,  
aut manifesto Clerici percussori, non va-  
let pro foro exteriori, sed tantum in fo-  
ro conscientie, quia talis absolutio ef-  
fet scandalosa, & perturbaret iurisdic-  
tionem,

tionē, tribunal, & bonam regimē ordinariorū; immo gravissimi Doctores afferunt, non posse licite dari talem absolutionem etiam pro foro conscientię; & Urbanus Octavus in bulla, quę incipit, *in specula*, expresse declarat, bullam cruciatę quoad casus reservados, etiam in bulla cęnę Domini (hæresi excepta) contentos, in foro conscientię, non autem in foro externo suffragari.

Si Cōfessarius virtute bullę absolvat aliquem à censura, quę exigit partis satisfactionem, hac omiſsa, si valide sit absolutus à censura cum onere satisfaciendi? Aliqui affirmant, quia Pontifex in illis verbis, *satisfacta parte*, non intendit limitare potestatem confessarij, sed illum monere de sua obligatione iuxta ius cōmune; cōfessarius autem peccaret mortaliter, & teneretur ipsi restituere.

Alij negant, quia Pontifex restringit Confessario potestatem sub hac forma, *satisfacta parte*; præmittenda igitur est partis satisfactio realis in totum, vel

vel in partē si possibilis sit; si vero fieri nequit sine gravi periculo vitæ, aut famæ, aut magni bonorum detrimenti, det cautionem pignoratitiam, scilicet pignus, vel fideiūssionem, vel saltem iuramentum satisfaciendi, cum poterit. *Nomine partis* hic intelligitur, ille, cui facta est iniuria in delicto, per quod inflicta fuit excommunicatio. Si persona offensa est Religiosus, satisfaciendū est Superiori, & Conventui, *Nomine Satisfactionis* intelligitur restitutio honoris, vel famæ, aut aliorum bonorum, vel saltem petitio veniæ pro iniuria.

Ansi excommunicatus cōtumax possit absolvi? Quidam cēsant id numquam licere: alij affirmant aliquando fieri posse, si censura sit ab homine, & excommunicatus fiat peior; cum enim censura sit pœna medicinalis, si non prodest, auferri potest à iudice, qui illam intulit, observatis prudenter his conditionibus.

Prima

Prima, vt talis absolutio non sit in præiudiciũ tertij, quia esset actus cõtra iustitiam. Secunda, vt non sequatur scandalum, & spirituale damnum communitatis; nec contemptus censuræ, ne alij ex tali absolutione fiant proni ad contemnendam excommunicationem. Tertia, vt sufficienti experientia constet non sperari fructum ex tali censura, sed potius detrimentum.

Si verò excommunicatio sit à iure lata, hoc fieri nequit, neque etiam valide, quia quandiu lex illa durat, continue excommunicat ob contumaciam illam actu perseverantem.

### *DE SIGILLO CONFESSIONIS.*

**C**onfessionis sigillum est obligatio, qua Confessarius tenetur ea reticere, quæ sibi per confessionem manifestata sunt.

Dicitur sigillum, quia sicut ea, quæ in litteris sigillo munitis continentur,

non

non possunt legi, alijsque manifestari; ita neque possunt verbis aut signis, aut factis directe, vel indirecte manifestari ea, quæ audita sunt in confessione, vel aliquo modo pertinent ad ipsam, quatenus est confessio.

Sigillum confessionis obligat iure naturæ, iure divino, & iure humano Ecclesiastico. Tanta est obligatio servandi sigillum, ut in nullo casu etiam pro tuenda Republica à quocumque malo temporali, seu spirituali, liceat illud violare, & absque pœnitentis licentia revelare; quia fieret iniuria Sacramento, & redderetur confessio odiosa. Hoc præceptum est negativum, ideo obligat semper, & prosemper magis quam aliud secretum voto, vel iuramento firmatum; unde nec pro tuenda propria vita potest violari.

\* \* \*

DE

DE SACRAMENTO EXTREMÆ  
Vnctionis.

**S**acramentum Extremæ Vnctionis  
est Sacramentum novæ legis causati-  
vum gratiæ remissivæ reliquiarum peccato-  
rum, consistens in Sacra Vnctione olei hominis  
infirmi præscripta verborum forma. Fuit  
institutum à Christo Domino, Iacobi 5.  
in illis verbis: *Inducat Præsbyteros &c.*

Materia remota huius Sacramenti est  
oleum olivarum ab Episcopo benedictum.  
Nec de iure requiritur, ut sit eod. anno  
benedictum; ex consuetudine tamen; &  
præcepto debet esse benedictum eo anno;  
*cap. litt. de consecra. dist. 3.* idem peccat  
ret Parochus adhibens oleum alterius  
anni, nisi cum excusaret necessitas.

Quando Parochus timet fore, ut con-  
secratum non sufficiat pro toto anno, po-  
test oleum non consecratum miscere con-  
secrato, modo, quod additur sit minoris  
quantitatis quàm consecratum; nam dig-  
num trahit ad se minus dignum.

Mate-



Materia proxima huius Sacramenti est unctio, quæ fieri debet in forma crucis, ex consuetudine, non ex necessitate Sacramenti.

Forma huius Sacramenti est; *per istam Sanctam Unctionem, & suam pijs simam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid peccasti per visum, Amen.*

Quando est periculum in mora, & infirmus iam iam moritur, possunt sub una forma ungi successive omnes sensus hoc modo: *per istam Sanctam Unctionem, & suam pijs simam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum;* seclusa autem necessitate servandus est communis usus.

Minister necessarius huius Sacramenti est solus Sacerdos ex Tridentino, & Iacobi 5. inducat Presbyteros, id est Sacerdotes. Quilibet Sacerdos potest in necessitate hoc Sacramentum ministrare, etiam regularis, extra tamen necessitatem solus proprius Parochus, aut

alius

alius de eius licentia, aliter graviter peccaret. Si in peccato mortali ministraret, peccat mortaliter.

Sacerdote vngente, morte, aut morbo subito correpto, debet alter proferri qui alias vñctiones. Item si infirmus moritur, & sit periculum in mora, possunt plures Sacerdotes illum vngere modo unusquisque vngat, & proferat formam.

Tenetur Parochus cum periculo vitæ, vt tempore pestis, Sacramenta Cōfessionis, Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis ministrare, quia ei ex officio, & de iustitia competit suas oves pascere, & ordinaria salutis remedia præbere.

Subiectū Extremæ Vnctionis est baptizatus ratione vrens, aut qui ea usus est; ideo infans, & perpetuo amens non sunt capaces huius Sacramenti, quod est complementum penitentiæ in remissionem reliquiarum peccatorum. Amens qui ante lapsum in amentiam, aut phrenesim, habuit intentionem suscipiendi hoc Sacramentum, illud potest recipere,

cipere, licet tempore amentia videatur  
contradicere, quia sufficit intentio in-  
terpretativa, qualem habent, qui christi-  
tiane vixerunt, vel qui dederunt signa  
contritionis,

Suscipiens hoc Sacramentum debet  
esse infirmus corpore, Iacobi 5. *infirmus  
est quis in vobis; &c.* invalidum ergo  
erit, si sano conferatur, licet in articulo,  
vt est damnatus ad mortem.

Conferendum est infirmis in eo statu,  
vt morale periculum sit mortis; non ta-  
men est expectandum tempus, vt omni-  
modo desperata eius salus, sed quando  
infirmus adhuc habet vsum rationis, & v-  
se magis ad fructum Sacramenti reci-  
piendum disponat, & sit capax alacri-  
tatis, quæ conferri solet in hoc Sacra-  
mento.

Potest dari senibus, qui in lecto se-  
nectute conficiuntur absque alia in-  
firmitate, quia ipsa senectus est morbus  
naturaliter proveniens. Pueri vsum ra-  
tionis habentes sufficientem ad peccan-

dum

um mortaliter, sunt capaces huius Sacramenti, quia peccare potuerunt, & habere reliquias peccatorum.

Ex negligentia omittens illud suscipere, non peccat mortaliter; si tamen sit contemptus, aut scádalum, quod vix inter christianos vitari potest, nolendo Sacramentum tam utile in tali statu, peccatum est.

Recipiens tale Sacramentum debet habere intentionem saltem virtualem, & interpretativam recipiendi illud. Est etiam probabile, quod sufficiat habere intentionem habitualem. Si est in peccato mortali, debet habere attritionem existimatam contritionem.

Vnctiones de essentia Sacramenti illæ solum sunt, quæ fiunt in quinque sensibus corporis, scilicet in oculis, auribus, naribus, ore, & manibus, qui sunt quasi quinque ostia, per quæ peccata intrant in animã; aliæ vero duæ, scilicet in pedibus, & renibus, seu pectore, sunt de

G

conz

consuetudine, & ita adhiberi, vel omit-  
ti possunt, iuxta loci consuetudinē. Non  
est de necessitate Sacramenti vngere  
vtrumque organum sensus, V. G. vtru-  
que oculum, sed sufficit vnctio vni<sup>9</sup> or-  
gani; ex præcepto tamē servanda est cō-  
suetudo, quę vim legis habet, quare  
receptum est, vt in dictis organis duplex  
crux adhibeatur cum vnica forma pro-  
lata.

Ordo Vnctionum non est de necessi-  
tate Sacramenti, consuetudine tamen  
receptum est, vt prius vngantur oculi,  
& successive aures, nares, os, & manus.  
Sacerdotes non vnguntur in palma, sed  
in superiori parte manus, quia semel in  
palma fuerunt vncti in susceptione or-  
dinis Sacerdotalis. Si aliquis caret ali-  
quo membro corporis, V. G. si cæcus  
sit; aut non habeat manus, vngenda  
est pars magis propinqua.

Effectus huius Sacramenti est gratia  
iustificans, prout sanans animam à re-  
liquijs peccatorum, & tollens imbe-  
cilli-

cillitatem potentiarum ad bonum , & inclinationem ad malum : confortans spem , & animæ potentias in illo statu ad oppugnandum Dæmonem.

Nomine reliquiarum peccatorum possunt intelligi peccata mortalia , vel venialia , non absolute sumpta , quia sic pertinent ad pœnitentiam , sed quæ interdum relinquuntur post alia Sacramenta , vel quæ fiunt post illa , & æger ignorat se his teneri ; omnia hæc colliguntur tum ex verbis , Iacobi *si in peccatis sit , remittentur ei* : tum ex Florentino , cum dicit , huius Sacramenti effectum esse animæ sanctificationem : tum ex Tridentino dum ait : si quæ delicta adhuc sunt expianda , absterget ; & aperte hoc indicat forma huius Sacramenti , *quidquid peccasti per visum,*

Vel per reliquias intelligi possunt debilitas corporis , ægrotudo animæ , seu tædium , & mœror animæ ex peccatis.

G z

Et

Et si sit probabile dari in prima vnc-  
tione effectus huius Sacramenti; proba-  
bilius est dari, quando perficitur quinta  
vntio.

Effectus secundarius huius Sacramē-  
ti est sanitas corporis, & alleviatio in-  
firmi, si salutis anime expediat. Iacobi 5.  
*Oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit  
eum Dominus.*

Hoc Sacramentum est iterabile, non  
tamen in eadem infirmitate; at si status  
infirmitatis mutatur, V. G. si infirmus  
evadat periculum mortis, & per mēsem  
convaleuit à mortis periculo, poterit, si  
in periculū mortis iterum incidat, susci-  
pere iterum hoc Sacramentum.

## DE SACRAMENTO ORDINIS.

**S**acramentum Ordinis est Sacramentū  
novæ legis consistens in traditione, & ac-  
ceptione rei, & certis verbis ab Episcopo  
prolatis; quo datur potestas alicui ad Eucha-  
ristiam rite peragēdā, ultimatē, & finaliter.

Omnes

Omnes Ordines ordinantur ad Eucharistiæ confectionem, & administrationem, vel ad ipsos Eucharistiæ Ministros creandos, vt Episcopatus: aliqui proximius, alij remotius: nam Sacerdoti solemniter sacrificanti Diaconus, & Subdiaconus inserviunt, dando ei materiam, scilicet patenam cum pane, & calicem cum vino: Acolytus ampullâ subministrat, ac ceros defert: Exorcista Dæmones ab obsessis expellit, vt Mi se assistere, & Eucharistiam recipere possint: Lector sacra lectione ad debitâ tanto mysterio pietatem præsentium animos excitat: Hostiarius dignos, vt illis celebrationi intersint, admittit, & indignos excludit,

Sacramentum Ordinis cætera Sacramenta dignitate excedit (Eucharistia excepta) quia alia ad propriam utilitatem ordinatur, Ordo commune bonum respicit: per alia Sacramenta homines non excedunt communem fidelium statum, ordo vero homines in altiori gra-

G 3 du,



du, & dignitate supra ceteros fideles constituit Ministros Christi, & dispensatores ministeriorum eius.

Sacramentum Ordinis non est simpliciter necessarius singulis hominibus ad propriam salutem, sicut est baptis- mus, & post lapsum poenitentia; at comparatione totius Ecclesie valde necessarius est ad conficienda, & ministranda Sacramenta, & ad cultum Dei augendum; nam sine Sacerdotio nullum fit Sacramentum, excepto Baptismo, & Matrimonio.

Iuxta communem Ecclesie sententiam, septem sunt ordines: Hostiarius, Lectoratus, Exorcistatus, Acolytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Præbyteratus. Quatuor primi appellantur minores, quia suos Ministros in gradu inferiori constituunt, & non ministrant immediate Præbytero solemniter consecranti. Nominantur gradus, quia per eos ab vno in alium ascenditur ad maiores.

Alij

Alij tres vocantur maiores; duo primi, quia proxime ministrant consecrati; ultimus, quia destinatur ad maximam manus consecrationis.

Si omnes ordines sunt Sacramentum, & res sacræ, quare per antonomasiam tres postremi dicuntur ordines sacri? quia ipsis est annexa obligatio servandi castitatem, qua Ministri Deo, & Ecclesiæ sacrantur, & amplius resiliere nequeunt.

Fuit institutum hoc Sacramentum in vltima cæna, cum Christus Apostolos creavit Sacerdotes dicens, *Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem.*

Septem Ordines dicuntur vnum Sacramentum vnitatis, integritatis, & finis, quia est solemnis confectio Eucharistiæ, ad quam omnes ordines vltimate ordinantur.

Ordo Præbyteratus iure Divino superat alios ordines: nam in eius collatione datur potestas conficiendi

G 4

Eu-

Eucharistiam, & Sacramentum Pœnitentiæ; & talis potestas est maxime dignitatis, Episcopatus est iure Divino superior Præsbyteratu potestate ordinis, & iurisdictionis ex Tridentino sess. 25. can. 6. dicente: *Si quis dixerit Episcopos non esse Præsbyteris superiores, anathema sit*; quia Episcopus potest Ecclesiæ Ministros ordinare; Sacramentum Confirmationis conferre, calices, & altaria consecrare, quod illi nequeunt.

Item, potest excommunicare, indulgentias concedere, punire, dispensare, quod illi non possunt, licet Parochi sint. Denique Episcopi succedunt Apostolis, & Sacerdotes septuaginta duobus discipulis, vt docent Concilia, Summi Pontifices, & Sancti Patres.

Episcopus, Archiepiscopus, Patriarcha, Papa nō differūt inter se potestate ordinis, quia in potestate conficiendi corpus Xpi, cōsecrandi Episcopos, confirmādi, & ordinādi sunt æquales, in quo consistit character ordinis: vnde si Episcopus

pus

pus eligeretur in Papam, non consecraretur de novo.

Differunt tales in potestate iurisdictionis, quia Papa eam immediate habet à Christo pro toto orbe, & ita est superior omnibus: cæteri in suis Dicecesibus immediate à Papa, mediate à Christo. Archiepiscopus, qui & Metropolitanus dicitur, differt ab Episcopo, quia iste vni Dicecesi præest; ille pluribus, & habet sub se Episcopos suffraganeos: Patriarcha seu Primas præest Archiepiscopis.

Materia remota huius Sacramenti est instrumentum, seu vas, quod traditur ordinando in signum potestatis, quatenus recipit. Materia proxima est traditio instrumenti ex parte ordinantis, & receptio ex parte ordinandi. Ordinandus lethaliter peccat, si materiam non tangat, quia extat præceptum *in cap. Presbyter. de Sacramentis non iterandis*. Talis contactus debet esse simul simultate morali cum prolatione verborum; si ve-

ro debeat esse physicus contactus materiae ex parte ordinandi? aliqui affirmant; aliqui negant: vtrumque est probabile.

Episcopus conferens ordines maiores debet physice tangere materiam, ex Capite *Subdiaconus dist. 23.* ad minores sufficit materiam per Archidiaconum tradi ordinando, ex Capite *Acolytus, dist. 23.* ac iuxta Pontificale Romanum in collatione cuiuscumque ordinis Episcopus debet porrigere per se instrumenta ordinandis.

Effectus Sacramenti ordinis sunt quinque: duo de iure Divino, scilicet gratia, & character: tres ex Ecclesiae ordinatione, scilicet votum castitatis in ordine sacro, onus recitandi horas canonicas, & privilegia clericatus.

Gratia huius Sacramenti est gratia sanctificans cum auxilijs efficacibus ad digne, & ex officio exercenda ministeria singulis ordinibus propria.

Septem sunt characteres, sicut septem  
sunt

sunt ordines. Cum character sit signum spirituale indelebile in anima impressum, & in anima sicut tria, essentia, intellectus, & voluntas, in quo istorum ponitur character? Variant Doctores. Quidam asserunt immediate esse in essentia anime; quidam in intellectu; quidam in voluntate: quodlibet est probabile.

A quo provenit indelebitas characteris? Ex eo, quod non habeat physice, nec moraliter contrarium, per quod deleatur; sicut fides per infidelitatem, spes per desperationem, gratia, & caritas per peccatum mortale: & ita perseverat in baptizato existente in peccato mortali, & hæretico, & in Sacerdote degradato. Hinc probabiliter dici potest manere post hanc vitam in Beatis ad ornatum, & honorem, & gloriam accidentalem illorum; indamnatis autem ad ipsorum ignominiam, & poenam, quia insigniti caractere Christi damnati fuere.

Dixi

Dixi *probabiliter*, quia Ecclesia hoc non definiuit. Hinc, si Sacerdos moreretur, & resuscitaretur à Deo, non deberet iterum ordinari, sicut nec baptizari, nec confirmari, & esset vere Sacerdos, possetque consecrari, & à peccatis absolvere, & teneretur castitatem servare, & Divinum officium persolvere, sicut ante mortem.

Non sic de vxorato, si resurgeret, qui liber maneret, quia matrimonium morte fuit dissolutum, & ita non potest sine novo contractu ad superstitem vxorem reverti; idem dic de religioso professo, quia obligatio votorum, & religionis durat toto tempore vite naturalis professi, & morte finitur.

Character in omnibus baptizatis, confirmatis, & ordinatis est æqualis, quia solum à valore suscepti Sacramenti dependet: non à dispositione suscipientis, modo habeat solam intentionem recipiendi Sacramentum.

Characteres Baptismi, Confirmationis,

nis, & Ordinis differunt specie, quia per illos deputantur homines ad varios status in Ecclesia. Idem dicitur de characteribus Ordinis, quæ diversitas in his cognoscitur ex diversitate potentiarum.

Character Cōfirmationis, & Ordinis habent necessariam connexionem cum characterē baptismi, quia baptismus est janua omnium Sacramentorum; unde Sacramenta collata non baptizato nulla sunt, *cap. veni de Præsbytero non baptizato.*

Character ordinis non habet necessariam connexionem cum characterē confirmationis; nam si ordo conferatur alicui non confirmato, tenet.

Character ordinis superioris non præsupponit inferiorem de necessitate Sacramenti, sed tantum præcepti: unde qui prætermisissis reliquis ordinibus ordinaretur Sacerdos, valide esset ordinatus, quamvis illicite, & potest in rigore omnes inferiorum ordinum functiones obire, quia ordo superior virtualiter conti-



continet inferiorem. Graviter tamé pun-  
 nitur ab Ecclesia per suspensionem ab  
 usu ordinis sic suscepti, qué si non exer-  
 cuerit, potest ab Episcopo dispensari;  
 si vero exercuit, est dispensandus à Pa-  
 pa, & iubetur ordines omissos recipere  
*Capite unico de Clerico per saltum pro-*  
*moto.*

Caracther Episcopalis de necessita-  
 re Sacraméti præsupponit Sacerdotale,  
 itavt si consecraretur Episcopus non  
 Sacerdos, nulla esset consecratio,  
 quia Episcopatus nil aliud est, quam  
 Sacerdotium perfectum, & consu-  
 matum.

*DE ORDINIBVS IN PARTI-*  
*culari.*

**O**rdines conferendi sunt hoc ordine:  
 Hostiariatus, Lectoratus, Exor-  
 cistatus, Acolytatus, Subdiacona-  
 tus, Diaconatus, ultimo Præsby-  
 teratus: habetur in Pontificali Ro-  
 mano

mano sumpto ex iure communi.

Prima Tonsura est ab Ecclesia introducta, & præmittitur ante alios ordines, tamquam congrua ad illos dispositio, quæ propter usum totius Ecclesiæ in re gravi, & post canonicas sanctiones est necessaria necessitate præcepti, non Sacramenti. Hinc prima Tonsura est dispositio, seu præparatio ad ordines suscipiendos, vt cathecismus ad Baptismum, & quasi status medius inter laicos, & Ministros Ecclesiæ. Si prima tonsura sit ordo? Affirmant communiter Canonistæ; Theologi communiter negant.

Qualitates tonsurandi sunt istæ: prima, quod tonsurandus debet esse vir; non fœmina: secunda baptizatus: tertia, debet habere septennium completum: quarta, non irregularis, nec censura ligatus: quinta, debet tonsurari à proprio Episcopo.

Qualitates, quas exigit *Tridentinum*

num *seß.* 23. *cap.* 42. ad tonsuram sunt quatuor. Prima, vt non initiuntur prima tonsura, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint. Si vero suscipiens tonsuram ante confirmationem, peccet mortaliter? aliqui affirmât; alij negant. Secunda, quod fidei documenta edocti sint, vt sunt oratio Dominicalis, salutatio Angelica, symbolum Apostolorum, articuli fidei, decem præcepta decalogi, & quinque Ecclesiæ, septem Sacramenta, tres Virtutes Theologales, quatuor cardinales, septem peccata capitalia, quatuordecim opera misericordiæ, octo beatitudines, septem dona Spiritus Sancti, & duodecime eiusdem fructus, & tres animæ inimici; quæ qui ignorat, repellendus est.

Tertia, quod sciat legere, & scribere: ad hoc sufficit, legere latine, vel in lingua materna. Quarta, quod probabilis sit coniectura, non sæcularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstet, hoc vitæ genus elegisse.

Petes

Petes : peccat mortaliter recipiens  
tonsuram sola intentione declinandi fo-  
rum seculare? Aliqui affirmant, aliqui  
negant: vtrumque est probabile.

Privilegia primæ tonsuræ sunt quin-  
que: primum, ponitur tonsuratus pri-  
vilegio canonis: *si quis suadente*. Secundū,  
privilegio fori, adeo vt non possit am-  
plius sub Iudice seculari conueniri, *cap. 1.*  
*& sequentibus de foro competenti*. Ter-  
tium, liberatur à collectis Principum  
sæcularium, *lege 2. de Episcopis, & Cle-*  
*ricis, cap. cum minus*, nisi obviet con-  
suetudo.

Quartum, fit capax iurisdictionis  
Ecclesiasticæ, & ita potest censuras  
ponere, & ab eis absolvere, si talis  
potestas illi conferatur.

Quintum, est capax beneficij Eccle-  
siastici, si habeat quatuordecim annos  
saltem inceptos, ex Tridentino *sess. 23.*  
& beneficij Parochialis, seu Curati, si  
intra annum ad Sacerdotium  
ascendere possit.

## DE HOSTIARIATV.

**H**ostiariatus est ordo consistens in traditione clavium, & receptione, & verbis ab Episcopo prolatis: Duplex est materia, remota, & proxima: remota sunt claves: proxima, clavium traditio, & receptio: cymbalum non est materia, sed solum quædam ceremonia significans munus esse Hostiarij etiam campanas pulsare.

Forma huius ordinis sunt ista verba: *sic age quasi rationem Deo redditurus pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur.*

Officium hostiarij est claudere, aperire, & custodire Ecclesiam, admittere dignos ad Eucharistiam, aut vt Missæ celebrationi assistant; & excludere indignos, vt sunt infideles, excommunicati, interdicti, energumeni; campanas pulsare convocando fideles ad Divina; curare ne quis fidelis proprius, quâ par est, ad sacramentum accedat.

Si

Si Epifcopus non daret claves, fed clavem; vel clavis tradita non efferet Ecclefia, fed facriftia, aut alicuius domus particularis, efferet materia fufficiens, quia fufficienter denotaretur potestas tradita; non vero, fi daretur alia res, qua non efferet clavis: claves vero efferet ferreas, argenteas, aureas, &c. acciden- tarium efferet.

Effectus huius ordinis funt character, & gratia, qui effectus caufantur in traditione, & receptione clavium, & pro- latione formae.

DE LECTORATU.

**L**ectoratus efferet ordo confiftens in traditione, & receptione libri lec- tionu, & forma. Materia remota efferet liber continens prophetias, & lectiones, qua inter nocturnam psalmodiam legi folent: proxima, ipfius libri traditio, & acceptatio. Forma funt ifta verba: *accipe, & efferet verbi Dei reclaror, habiturus,*

*si fideliter, & utiliter officium tuum imple-  
veris, partem cum his, qui Verbum Dei ab  
initio bene ministraverunt.*


Effectus huius ordinis sunt caracther, & gratia, qui causantur in traditione libri lectionarij, & receptione, & dictæ formæ prolatione.

### D E EXORCISTATV.

**E**Xorcistatus est ordo consistens in traditione, & receptione libri exorcismorum, & propriæ formæ prolatione. Materia remota est dictus liber: proxima, eiusdem libri traditio, & acceptatio.

Forma sunt ista verba: *accipe, & commenda memoria, & habes potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos sive cathecumenos.*

Officium Exorcistæ est imponere manus super energumenos, illisque exorcismos, seu adiurationes legere ad fugan-

gandum Diabolum, ne aliquem impe-  
diat ab assistentia missæ, & à sumptio-  
ne Eucharistiæ : hinc non licet laicis,  
vel alijs Clericis non exorcistis publice  
in Ecclesijs, vel privatim in domibus  
Dæmones Exorcismis è corporib⁹ pel-  
lere, ex Concilio Laodicensi, *Can. 26.*   
habetur *cap. non oportet. dist. 69.*

DE ACOLYTATV.

**A**colytatus est ordo consistens in  
traditione, & receptione cande-  
labri cum cereo extincto, & vrceolo-  
rum vacuorum, & verbis ab Episcopo  
prolatis.

Materia remota est duplex, scilicet  
candelabrum cum cereo extincto, &  
vrceoli vacui. Proxima est etiam du-  
plex, scilicet horum instrumentorum  
traditio, & acceptatio.

Forma prioris mater. esunt ista verba:  
*accipe ceroferariū cum cereo, & scias te ad*

H 3

accen-



*accendenda Brolesi & luminaria mancipari in nomine Domini. Forma posterioris materiæ sunt ista verba: accipe vrceolos ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiæ sanguinis Christi in nomine Domini.*

Si in vtriusque materiæ traditione, & sua formæ prolatione conferatur distinctus character? quidam affirmant, quia datur discreta potestas ad actus diversos: communis opinio tenet vnum characterem, & vnam gratiam imprimi in traditione vrceolorum, quia est materia principalior, & immediatior Eucharistiæ.

Officium Acolyti est porrigere Subdiacono vrceolos cum vino, & aqua, & ferre candelabrum cereo accenso ad altare, & illud tenere, dum legitur Evangelium. In receptione huius ordinis sufficit tangere vnum vrceolum, quia vno tacto, alter censetur etiam moraliter tangi. Vrceoli, si sint pleni vino, vel aqua, vel alio liquore, sunt materia sufficiens, quia ex eo quod sint pleni, non

omit-

omittant vrcptorum nomen, nec desin-  
nit verificari forma.

D. E. S. V. B. D. I. A. C. O. N. A. T. U. S.

**S**ubdiaconatus est ordo, consistens in  
traditione Calicis vacui cum patena  
vacua superposita, & libri epistolarum,  
cum certis verborum formis. Materia  
remota est duplex; scilicet Calix vas  
cuius cum patena vacua superposita, &  
liber epistolarum. Proxima, etiam du-  
plex, scilicet horum instrumentorum  
traditio, & acceptatio. *videte, cuiusmodi  
ministerium vobis traditur, ideo vos admo-  
nea, ut ita vobis exhibeatis, quod Deo plas-  
cere possitis.* Forma posterioris materie  
sunt ista verba: *accipite librum Epistolarum,  
& libere potestatem legendi eas in Ecclesia  
Sancta Dei, tam pro vivis, quam pro de-  
functis in nomine Patris, & Filij, & Spi-  
ritus Sancti. Amen.*

IN OMNIBUS

H 4

Solus

Solus calix sine patena non est materia sufficiens; non tamen est necessum, quod calix sit consecratus.

Quando imprimatur character Subdiaconatus? Variat Doctores. Quidam dicunt in traditione utriusque materiae, & suae formae prolatione; alij tenent, in sola traditione calicis vacui, & patenae, quia liber Epistolarum non est Subdiaconatus materia, vel si est, secundaria est.

Officium Subdiaconi est ministrare Diacono calicem, & patenam, & solemniter canere epistolam, & crucem in supplicationibus gestare. Canere solemniter epistolam non expectat ad eum ex vi sui ordinis, sed ex Ecclesiae praecipito. Subdiaconus nequit tangere calicem, nec patenam, dum in eis est sanguis, & corpus Christi.

Teneretur Subdiaconus servare castitatem; unde vero confurgat talis obligatio: aliqui tenent confurgere ex Ecclesiae statuto, & non ex voto: alij probabilius (& est communis sententia) affirmant

nōt esse ex voto solenni castitatis, quod  
 Ecclesia suo praecepto annexit ordini-  
 bus sacris; cogitque eos, qui ordine sa-  
 crum assumunt, ut votū castitatis emit-  
 tant, non voce, & expresse, sed facto ip-  
 so, & implicite. Hinc, si quis invincibili-  
 ter ignoraret hoc votum esse ordini sa-  
 cro annexum, vel expresse nolet vovere  
 sciens se ad id teneri; vel in ipsa ordina-  
 tione habuisset expressam intentionem  
 non obligandi se ad continentiam, obli-  
 garetur adhuc ad ipsam, saltem ex Ec-  
 clesiae constitutione, quae omnes sponte  
 promotos (velint, nolint) obligat. Plu-  
 res affirmāt teneri ex voto, ex Ecclesiae  
 constitutione, annexo ordini sacro in-  
 dependenter ab ordinati voluntate: &  
 est iustum, quod qui vult antecedens,  
 velit etiam consequens.

Hinc Subdiaconatus in primitiva  
 Ecclesia nō erat ordo sacer defectu vo-  
 ti continentiae, per quod Clerici Deo  
 plene sacrantur; quando vero ceperit  
 tale votum habere, non est certum.

Solem-

Solemnitas voti continentiae in Subdiacono, in eo sita videtur, ut illo emisso Ecclesia sacro ordine initiatos inhabiles reddat ad contrahendum matrimonium.

Dictum votum, & votum solemne professionis, nec non votum simplex castitatis inter se non differunt specie essentialiter, & intrinsece, sed extrinsece, per solam Ecclesiae constitutionem decernentis illa duo dirimere matrimonium subsequens, non autem votum simplex castitatis. Plures Doctores probabiliter tenent oppositum, scilicet differre essentialiter.

Religiosi professi, Moniales, & Clerici in sacris constituti, qui scienter matrimonium contrahunt, ipso iure incurrant excommunicationem *ex Concilio Viennensi, Clementina vltima de consanguinitate*, fiunt irregulares, *ex Canon. quot quot. 27. quast. 1. cap. sine de vigariis*. Alias poenas videbis apud Doctores.

Bene-

Beneficiatus in minoribus constitutus matrimonium contrahens, ipso facto beneficium perdit, etiam copula non sequuta, *cap. 1. & 2. de Clericis coniugatis,*

Puer ante rationis usum ordinatus sacro ordine, non tenetur ad servandam castitatem, quia non est credibile Ecclesiam velle obligare, nisi libere, & sponte promotos; unde illi infanti postquam ad rationis usum pervenerit, danda est optio, num velit in ordine suscepto permanere, vel an velit resilire; si primum, ex tunc erit vinculo castitatis adstrictus; si secundum, remanebit suspensus ab usu ordinis; neque fruatur privilegijs clericalibus, quia æquum non est, ut qui onus sentire recusat, sentiat commodum, & talis poterit matrimonium contrahere.

An ordinatus ordine sacro ante decimum sextum annum, teneatur servare castitatem? Aliqui negant, quia sicut professio facta ante annum decimum sextum,

tum, & votum in ea emissum nō obligat; ita neque votum castitatis annexum ordini sacro suscepto ante decimum sextum annum: nec tenetur ad recitandas horas canonicas, nisi post decimum sextum annum ordinem ratificaverit. Alij probabilius affirmant; quia, qui libere vult principale, vult etiam accessorium: & si talis potest inire sponsalia, & matrimonium, & potest emittere vota simplicia perpetua castitatis; si potest vovere votum arctissimæ religionis, cur non poterit matrimonium cum Deo inire, & sui corporis dominium sacri ordinis susceptione in Deum transferre?

Subdiaconus tenetur statim, suscepto subdiaconatu, ad omnes divini officij horas recitandas: idem dic de religioso ad chorum deputato, facta professione; & de beneficiario, obtento beneficio: & die, quo ordinem suscipit, vel professionem emittit, vel beneficium obtinet, solum tenetur ad horas, quæ in choro recitatæ non sunt, non ad præceden-

tes

tes sacram ordinationem , vel profes-  
sionem , vel beneficij consecutionem.  
'An beneficiarius officium divinum per-  
solvere debeat à die collati sibi benefi-  
cij ; an vero à die possessionis obtentæ?  
aliqui primum affirmant , quia ex eo tē-  
pore potest beneficium permutare , ac-  
quirit titulum beneficij , & ius ad fructus  
post possessionem.

Alij probabilius tenent non teneri,  
nisi post captam pacificam beneficij pos-  
sessionem ; quia ius ad fructus est incer-  
tū , & impediri potest ; & sicut ante cap-  
tam beneficij possessionem non potest  
iura beneficij exercere , ita neque ipsius  
onera sustinere : quod intelligitur mo-  
do beneficiarius nō differat sponte pos-  
sessionē capere ; quia fraus , & negligē-  
tia non debet ipsi prodesse.

Peccat mortaliter , qui recipit Sub-  
diaconatum , vel beneficium nesciens re-  
citare horas canonicas : peccant etiam  
mortaliter examinatores approbātes , &  
Episcopus ordinans , quia lex naturalis ,  
divi-



divina, & humana habet, ne quis suscipiat munus statim per se ipsum exercendum, quod nequit exercere, nisi talis sit ingenij, & taliter breviarium intelligat, & talem Magistri, vel Socij opportunitatem habeat, quod probabiliter credatur, posse legitime recitare statim post acceptum beneficium, vel Subdiaconatum.

Subdiaconus tenetur deferre tonsuram, & habitum clericalem, ut moris est, & hæc non deferens, peccat mortaliter, quia facit contra præceptum Ecclesiæ in re gravi, ut communiter tenent Doctores.

### DE DIACONATU.

**D**iaconatus est ordo consistens in traditione, & acceptatione libri Evangeliorum, & verbis ei respondentibus. Materia remota est liber: proxima, libri traditio, & acceptatio.

Forma, sunt ista verba: *accipe potestatem*

*tem*

tem legendi Evangelium in Ecclesia Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis in nomine Domini.

Officium Diaconi est Evangelium legere in Missa solemni; offerenti assistere, & ministrare: valet Verbum Dei prædicare: solemniter baptizare ex Parochi commissione: pixidem, in qua est Xpi corpus, ante solemnem communionem de Sacratio educere; ab vno altari ad aliud deferre; Eucharistiam infirmis dispensare, de licetia Præsbyteri in necessitate: poterat olim sanguinem Xpi populo sub vtraque specie communicanti propinare.

Si in Ecclesiæ initio non erat scriptum evangelium, nam primum evangelium scripsit Sæctus Matthæus anno 8. post Xpi Ascensionem, quomodo liber evangeliorum potest esse materia remota Diaconatus?

Respondetur, tunc fuisse dispensationem Xpi ad tempus, vt Diaconi ordinarentur per manuum impositionem, quia

quia Evangelium non erat scriptum; deinde successu temporis conscriptis Evangelijs, per horum traditionem ordinati sunt.

Si actus primus, & principalis Diaconi est porrigere calicem cum vino, & patenâ cum hostia Sacerdoti; legere autem Evangelium est actus secundarius, quomodo ponitur materia Diaconatus liber Evangeliorum, & non calix cum vino, & patena cum hostia? Respondetur, quia illa vasa plena sunt materia Præsbyteratus, & eadem vacua Subdiaconat<sup>9</sup>, sicq; non pertinent ad materiâ Diaconatus.

Si liber Evangeliorum est materia Diaconatus, poterit ne biblia sacra, seu liber novi testamenti, in quo sunt omnia Evangelia, aut breviarium, in quo sunt plura Evangeliorum initia, esse sufficiens materia? Respondetur, quod aliqui affirmant, quia in illis sine missali potest cani Evangelium in missa, sicut videtur sufficiens liber, in quo solum esset unum Evangelium, quia cum vno solo potest

fig.

significari eius potestas, & officium: nec tamen deest, qui dicat requiri missale, vt patet ex vsu Ecclesiæ.

Si Sacerdos celebrans post consecrationem vtriusque speciei, & ante summptionem moriatur, non potest Diaconus Missæ sacrificium perficere: nec in quacumque necessitate Sacramentû extremæ vntionis ministrare; nec à peccatis etiam venialibus absolvere; quia hæc à solo Sacerdote fieri queunt.

Subdiaconus, & Diaconus in peccato mortali solemaiter ministrantes in suo ordine, si peccent mortaliter? Antiqui Theologi affirmant, quia vterque est ad hoc specialiter consecratus, & in ordinatione recipit gratiam, vt digne actum sui ordinis exercent: Recentiores communiter negant, cum eorum actio non sit Sacramenti confectio, nec administratio; si vero sit peccatum veniale, variant Doctores.

Diaconus in choro hebdomadarij munere fungens sit irregularis, nisi bona fides exi-

I

cuset

cuset ; quia munus hebdomadarij est proprium Sacerdotis, saltem ex Ecclesiæ institutione, sicut solemnisi aquę benedictio.

An Minister inferior dalmatica induit<sup>9</sup>, Epistolã sine manipulo, vel Evangelium sine stola in Missa solemniter cantans fiat irregularis ? Aliqui affirmant : quia exercens actum ordinis, quem non habet, fit secundum omnes irregularis ; alij verius negant : quia ad ministrandum solemniter in aliquo ordine, non satis est Epistolam, vel Evangelium cãtare ; sed insuper opus est, quod fiat cũ proprijs ornamentis illius ordinis.

### DE PRÆSBYTERATU.

**P**RÆsbyteratus est ordo cõsistens in traditione, & acceptatione patenæ cum hostia, & calicis cum vino, & impositione manuum Episcopi, præscriptis verborũ formis. Materia remota est patena cum hostia, calix cũ vino,

&

& manuum Episcopi impositio: proxima est eorum traditio.

Forma traditionis patenæ, &c. sunt ista verba: *accipe potestatem offerre Sacrificium Deo, Missâsque celebrare tam pro vivis, quam pro defunctis in nomine Domini.* Forma impositionis manuum Episcopi sunt ista verba: *accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta sunt.*

Fuit institutus à Christo Domino; quantum ad potestatem consecrandi, in nocte cœnæ; quantum ad potestatem absolvendi. Ioanni 20. cum post Resurrectionem dixit, *accipite Spiritum Sanctum,*

Duplex in eò confertur potestas: prima, & præcipua est, offerendi Missæ sacrificium; altera, remittendi, & retinendi peccata.

Potestas consecrandi non dependet à potestate absolvendi: quia nullum prius est dependens à suo posteriori, & novus Sacerdos utitur potestate conse-

crandi simul cum Episcopo, ante quam recipiat potestatem absolvendi. Vnde, si Episcopus moreretur prius quam proferret hæc verba: *Accipe Spiritum Sanctum &c.* vel si illa ex oblivione, vel sponte omitteret, Sacerdos ordinatus careret potestate absolvendi, licet in Parochum, vel Episcopum eligeretur, cap. *Præbyter. de Sacramentis non iterandis.*

Potestas vero absolvendi ad eò penderet à potestate consecrandi, vt invalida foret sine ea, quia hanc, vt suum fundamentum supponit, sicut spes, & caritas, præsupponunt fidem, qua ablata, omnes virtutes intereunt.

Si ex oblivione vinum in calice non apponeretur, foret ordinatio invalida, & esset repetenda, quia utraque materia, calix cum vino, & patena cum hostia est, de necessitate Sacerdotij.

Sacerdotes concelebantes cum Episcopo debent habere conditionatam intentionem

tionem consecrandi, si simul cum Episcopo verba consecrationis proferrant; non vero si præveniant, vel subsequantur.

Si quis Episcopum prævenierit, vel præ cæteris velocius verba consecrationis protulerit, solus conficit Sacramentum, physice loquendo, & coram Deo; quia efficacia illius formæ rite prolata suspendi non potuit; tamen, morali quadam ratione, omnes censentur consecrasse, quia omnes componunt unum integrum Ministrum, & omnes habent eandem intentionem relatam ad idem instans, quantum fieri poterit; si minus accommodant suam intentionem intentioni primi consecrantis; & in primo consecrante, omnes consecrant.

Recipiens Præbyteratum, tenetur communicare; quia simul cum Episcopo celebrat, & ad perfectionem huius sacrificii pertinet consumptio.

Recipiens Sacerdotium in peccato mortali;



tali, tria peccata mortalia committit; primum, recipiendo hoc Sacramentum; secundum, consecrando; tertium, Eucharistiam sumendo.

An si Episcopatus sit ordo? quidam affirmant; quia ordinatio Episcopi est signum sacrum, per quod illi tribuitur potestas ordinandi; non tamen distinctus à Præsbyteratu; sicut enim in isto duplex potestas consecrandi, & absolvendi constituunt unicum ordinem sacerdotalem, ita potestas sacerdotalis, & Episcopalis unicum, & perfectum vnde quaque Sacerdotium componunt, & se habent vt includens, et inclusum, nam quilibet Episcopus est Sacerdos, non e contra: alij vero negant, quia Tridentinum/ess. 23. cap. 2. enumerans omnes ordines, siluit Episcopatum: quod verum est; tamen cap. 4. illius mentionem facit,

Cardinalatus non est ordo; ita communiter Doctores; quia nullo modo ordinatur ad Eucharistiam, neque habet materiam, & formam. Car-

Cardinalatus est dignitas Ecclesiastica Eminentissima à Pontificibus inducta, vt sibi in regimine Ecclesiæ assessores, & consiliarios haberent, eo modo, quo Moyses Septuaginta seniores sibi adscivit.

Cardinalium est Romanum Pontificem eligere; ideo cæteris Ecclesiarum Præsulibus honoris dignitate præstant, & in omnibus sunt primi à Papa. Numerus eorum nō est definitus, & potest augeri, & minui, arbitrio Pontificis. Omnes Cardinales, aut Episcopale, aut Præbyterale, aut Diaconale officium habent.

## DE MATRIMONIO.

**M**atrimonium præcedere solent sponsalia, quæ sic definiuntur: *mutua promissio, & acceptatio futuri matrimonij aliquo signo externo manifestata.*

Tribus modis potest accipi Matrimo-

I 4

mo-

monium. Primo, pro ipso contractu matrimoniali. Secundo, pro vinculo orto ex ipso contractu, & post contractum remanente. Tertio, vt est Sacramentum.

Contractus humanus matrimonialis est contractus legitimus inter virum, & fœminam, quo traditur, & acceptatur mutua corporum potestas ad procreandas, & educandas proles, indiuiduam vitæ consuetudinē retinens. Matrimonium, vt vinculum, est maritalis coniunctio viri, & fœminæ inter legitimas personas, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.

Matrimonium, vt Sacramentum, est Sacramentum causativum gratiæ vniuersali consistens in contractu legitimo viri, & mulieris, cum mutua corporum potestas traditur, & acceptatur, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Fuit institutum, vt officium naturæ ad filios procreandos, & educandos pro specie conservanda in indiuiduis, à Deo

in paradyſo ante peccatum Adx. *Genefis*  
 1. poſt peccatum vero ordinatum fuit  
 in remedium concupiſcentiæ, vt quod  
 ſanis erat in officiũ, ægrotiſ eſſet in  
 medelam: ipſemet contractus humanus  
 fuit elevatus à Chriſto ad eſſe Sacramen-  
 tum in nova lege.

Materia remota huius Sacramenti  
 ſunt corpora contrahentium, ſicut in  
 alijs contractibus res, quæ traditur, di-  
 citur materia remota; proxima, eſt mu-  
 tua corporum traditio: forma eſt mutua  
 corporum acceptatio cum connotatio-  
 ne conſenſus interni.

Ipiſi contrahentes ſunt Miniſtri hu-  
 ius Sacramenti, & quamvis vnusquiſque  
 ſit miniſter partialis, & ambo efficiant  
 vnum totalem, gratia tamen tota Sacra-  
 mentalis correfpondet alteri, & al-  
 teri.

Gratia vnitiva, quam confert dictum  
 Sacramentum, eſt gratia ſanctificans cū  
 quibuſdam auxilijs ad allevianda onera  
 matrimonij, vt ipſi coniuges fideliter  
 cohaerant.

138 *Promptuarium morale.*  
cohabitent, opera sua communicent, &  
prolem bene educent.

**DE IMPEDIMENTIS MERE IM-**  
*pedientibus.*

**N**omine impedimenti mere impe-  
dientis significatur illud, quod  
impedit, ne licite matrimonium con-  
trahatur; si tamen fiat, factum tenet.

Impedimenta impedientia communi-  
ter numerantur duodecim; sed alijs per  
diffuetudinem non obligantibus, solum  
tria sunt in usu, & impediunt nempe, *Ec-  
clesiæ vetitum, sponsalia, & votum.*

*Ecclesiæ vetitum* significat prohibi-  
tionem iudicis Ecclesiastici, qui ex ius-  
tâ causa prohibet ad tempus, ne aliqui  
matrimonium contrahant, vt quando  
dubitatur de impedimento inter eos,  
donec certo constet: contrahens igitur  
contra hoc interdictum valide contra-  
hit, sed peccat mortaliter, quia facit  
contra prohibitionem superioris in re  
gravi. Impedit etiam maior excommu-  
nicatio

*De Impedimentis mere Impedientib<sup>9</sup>.* 139  
nicatio, qua quis privatur à ministrati-  
one Sacramenti.

*Sponsalia* prius celebrata cum aliqua  
persona, impediunt, ne licite contra-  
hatur matrimonium cum altera: & hoc  
de iure naturali, nisi adsit iusta causa ea  
dissolvendi; si tamē fiat Matrimonium,  
validum est, non licitum, quia agit con-  
tra fidelitatem, & iustitiam in re gravi.

*Votum* impediens matrimonium qua-  
druplex est, votum simplex castitatis;  
votum simplex religionis; votum cœ-  
libatus, seu non nubendi; & votum sus-  
cipiendi ordines sacros. Hæc vota im-  
pediunt, ne fiat licite matrimoniū, quia  
violatur votum in re gravi.

Votum simplex castitatis impedit  
matrimonium ita vt peccet vovens, cō-  
sumando matrimonium, petendo, &  
reddendo intra bimestre; extra tale bi-  
mestre, vel post semel consumatū matri-  
moniū, solum petendo. Potest Episco-  
pus dispensare, vt petat cum obligatio-  
ne non contrahendi, per mortem alte-

rius

140 *Promptuarium morale.*  
rius dissoluto matrimonio; aliter dicen-  
dum, si Pontifex dispensaret in voto.

**DE IMPEDIMENTIS**  
*dirimentibus.*

**I**mpedimentum dirimens est, quod di-  
rimit matrimonium subsequens, ita  
ut tale matrimonium sit invalidum.

Quaedam impedimenta dirimunt ex  
iure naturæ, ut defectus ætatis, quia  
tunc deficit usus rationis necessarius ad  
valide contrahendum: error substantia-  
lis circa personam: circa qualitatem,  
si ponatur conditio: circa conditionem  
peiores; quia in talibus deficit consen-  
sus, sine quo non subsistit materia ma-  
trimoniij: impotentia perpetua ad ma-  
trimonium consummandum: consanguini-  
tatis in primo gradu in linea recta; &  
ligamen. Alia sunt de iure positivo:  
duo vltima de iure novo, scilicet Tride-  
tini: priora de iure antiquo.

• Impedimenta dirimentia sunt quatuordecim, contenta in his versiculis:

*Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.*

*Si sis affinis, si forte coine ne quibus.*

*Si Parochi, & duplcois desit presentia & effis;*

*Raptave sit mulier, nec parti redditurputa.*

*Error* dirimens est error circa personam: circa qualitatem personæ, si qualitas ponatur ut conditio; circa conditionem personæ, si scilicet sit libera, vel serva, quando conditio est peior.

Per *conditionem*, quæ est impedimentum dirimens, intelligitur conditio opposita bonis Sacramenti, quæ sunt tria, scilicet bonum prolis, bonum fidei, & vinculum indissolubile; unde si quis duceret Catharivam cum conditione opposita alicui ex dictis bonis Sacramenti, illud faceret irritum; unde si diceret contrahens, trado corpus meum Berthæ cum conditione non servandi



vandi fidelitatem, non educandi prolem, & potestatis dissolvendi vinculum, non valeret matrimonium.

*Votum.* Nominis voti intelligitur votum solemnecastitatis, quod fit in professione religionis a Pontifice approbata, vel quod implicatur in ordine sacro.

*Cognatio*, est propinquitas personarum, & dividitur in consanguinitatem, cognationem spiritualem, & legalem.

*Consanguinitas*, est propinquitas personarum ab eodem stipite proximo descendentium, carnali propagatione contracta: quod si una ab altera descendat, dicitur linea recta; si vero una ab alia non descendat, sed ambae ab stipite, dicitur linea transversalis.

Consanguinitas in linea transversali dirimit matrimonium usque ad quartum gradum inclusive; qui vero est in secundo, tertio, vel quarto, potest contrahere cum ea, quae est in quinto, quibus gradus remotior trahit ad se propinquorem, *cap. fin. de consan.*

Cog.

*Cognatio spiritualis* est propinquitās personarum contracta ex baptismo, & confirmatione, eo ordine, & modo, quo dictum est in materia de Baptismo.

*Cognatio legalis* est propinquitās personarum consurgens ex adoptione, Iuridicis auctoritate confirmata. *Adoptio* est legitima assumptio extraneæ personæ in filium, vel filiam, nepotem, vel neptem.

*Crimen*, quod matrimonium dirimit, quadruplex est, primum est homicidium alterius coniugis sine adulterio, utroque; machinate mortem cum intentione ducendi; si vero viricidium, aut vxoricidium fiat odio, aut alio fine, vel causa, & non intentione contrahendi, non est impedimentum dirimens: *cap. si quis*

*31. quest. 1.*

Secundum est adulterium cum homicidio, utroque, vel altero machinante cum intentione contrahendi, ut si Petrus, qui adulteratus est cum Bertha, occidat propriam vxorem, vel Berthæ

virum

virum, ipsa inscia, vt illam ducat.

Tertium est adulterium cum promissione ducendi adulteram post mortem coniugis, siue promissio sit ante, siue post adulterium: habetur expresse *cap. relatum 31. quest. 1. cap. veniens, & cap. fin. de eo, qui ducit.*

Quartum est adulterium cum matrimonio, vt si Thycius, vivente vxore, copulam habuit cum Bertha, & cum ea de facto per verba de presenti cōtraxit matrimonium, licet nullum ratione ligaminis; nō poterit, mortua vxore, matrimonium valide contrahere cum Bertha, siue matrimonium sit ante, siue post adulterium.

Adverte, quod adulterium in tribus predictis casibus debet esse vtrique notum, id est, quod vterque sciat esse adulterium; vnde si vir coniugatus adulteretur cum fœmina, quæ nescit ipsum esse coniugatum, & is deinde occidat propriam vxorem, vt illam ducat, non est impedimentum dirimens, quia non est

est adulterium formale.

*Cultus disparitas*, quæ matrimonium dirimit, est diversitas Religionis, ut baptizati cum non baptizata. Matrimonium inter baptizatum, & hæreticū validum est, quia sunt pares in baptismo legitime recepto.

*Vis*, quæ est impedimentū dirimens, est coactio, qua quis minis, & violentijs cadentibus in constantem virum iniuste cogitur ad matrimonium cum tali persona: quia consensus ad matrimonium debet esse liber, & non coactus, simpliciter, & secundum quid voluntarius, ita ut verificetur, *volo, & vellem contrahere*, ut constat ex multis capitibus Iuris canonici. Hinc metus levis, qui non impedit, ut consensus sit simpliciter, & secundum quid voluntarius, non irritat matrimonium.

*Ordo*, impedimentum dirimens, est ordo Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus.

K

Ligas

*Ligamen* est vinculum matrimonij, propter quod quis, vivente prima, & legitima vxore, nō potest ducere aliam; quod ab initio fuit sic; quamvis postea dispensatum fuerit à Domino apud Hebr̄eos ad tempus ob necessitatem.

*Honestas* impedimentum dirimens est propinquitas personarum proveniens ex sponsalibus, vel matrimonio rato, introducta ab Ecclesia ob honestatem matrimonij. Hoc impedimentum ex sponsalibus proveniens, dirimit matrimonium futurum intra primum gradum consanguinitatis lineæ rectæ, aut collatéralis, ex Triden. *sess. 24. cap. 3.* de matrimonio: vnde si Petrus contraxit sponsalia cum Bertha, non potest postea valide ducere ipsius Berthæ matrem, nec filiam, nec sororem, nec Bertha patrem, nec filium, nec fratrem Petri.

Sponsalia debent esse valida, vt ex ipsis oriatur dictum impedimentum; nā ex quacumque causa invalida sint, non

oritur

oritur hoc impedimentum, ex Tridentino cit.; nec ex factis cum conditione de futuro, donec adimpleta sit conditio.

Si quis contraxit sponsalia cum Bertha, & postea habuit copulam cum Ioanna illius sorore, neutram ducere potest; non Ioannam ratione publicæ honestatis; nec Bertham ratione affinitatis.

Hoc impedimentum durat post mortem sponsæ, quia sponsa censetur decessisse in eadē voluntate, vel saltē debuisse decedere cum ea. Si sponsalia mutuo cōsensu contrahentium dissolvantur, si cesset tale impedimentum? aliqui affirmant; alij negant: utrumque est probabile.

Si hoc impedimentum oriatur à matrimonio tantum rato, impedit vsque ad quartum gradum inclusivè, ut declaravit Pius V. in motu proprio, quod incipit: *ad Romanum expectat*: etiam si matrimonium ratum sit nullum, modo non sit invalidum ex defectu consensus; vnde Petrus, qui fecit sponsalia cum Bertha, & postea contraxit matri-

monium cum Catharina eius sorore, absque consumatione, non potest cōtrahere cum consanguineis Catharinæ intra quartum gradū, bene vero cum Bertha; quia ex matrimonio rato invalido non inducitur impedimentum ad dissolvenda sponsalia valida antecedentia, *cap. vn. de sponsal. in 6.* si vero matrimonium consumavit, neutram ducere potest.

*Affinitas*, impedimentum dirimens, est vinculum, seu propinquitas personarum proveniens ex carnali copula licita, vel illicita; vt si Thycius copulam habet cū Bertha, fit affinis cum consanguineis Berthæ in eo gradu, in quo sunt consanguinei Berthæ cū ipsa Bertha; similiter Bertha fit affinis cū consanguineis Thycij. Consanguinei Thycij, & consanguinei Berthæ non fiūt inter se affines; quia affinitas non parit affinitatem, *cap. quod super bis, de consan. & affin.*

Copula carnalis, quæ affinitatis est radix, debet esse completa; si vero sufficiat

ficiat si vir seminet intra vas foeminae, absque foeminae seminatione? variant Doctores. Non oritur affinitas ex copula cum spadone, seu eunucho; quia non est apta ad generationem. Vir, & mulier, se carnaliter cognoscentes non contrahunt inter se affinitatem, nec dicuntur affines, quia se habent ut una caro, & origo affinitatis aliorum.

Affinitas ex copula licita impedit usque ad quartum gradum inclusive; ex illicita usque ad secundum gradum inclusive; ex Tridentino *ess. 21. cap. 1. de Matrim.*

Affinitas superveniens matrimonio, ut quando coniugatus cognoscit consanguineam uxoris, aut uxor consanguineum viri in primo, & secundo gradu, impedit debiti petitionem, non vero in tertio, & quarto gradu. Ignorantia iuris, vel facti, vel poenae (quae est non posse petere debitum) excusat ab ea incurrenda. Potest Episcopus dispensare in petitione debiti.

K 3



*Si forte coire nequibis*, est impotentia perpetua, sive naturalis, sive extrinseca antecedens; etiam si potens coniux id sciat, & iuri suo ad copulam cedat, *ex cap. consultatione, & cap. laudabilem* de frigidis: & novissime Sixtus Quintus *in Bull.* que incipit *tum frequenter*, decidit matrimonia eunuchorum esse irrita, etiam si scienter contracta sint.

Quando ab initio bona fide contractum est matrimonium cum impotentia perpetua, & ignorata, & postea detecta est, & consequenter nullum est matrimonium, quid possint, & debeant facere contrahentes? Respondetur, quod possunt hi non coniugati cohabitare, sicut frater, & soror, si absit periculum incontinentiæ: non licet tamen illis tactus, oscula, & amplexus: si vero sit periculum incontinentiæ, non debet permitti, ut cohabitent, ut constat ex dicta bulla: & si non possunt separari absque scandalo, tenetur reclamare. Si dubi-  
tatur

tatur, an impotentia sit perpetua, an tēporalis, facienda est experientia per triennium.

*Si Parochi, & duplicis desit presentia fessis.* Vbi Tridentinum est publicatum, & receptum, matrimonium estaque Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius, seu ordinarij licentia, & duobus testibus, est nullum ex Tridentino *sess. 24. cap. 1. de matrim.*

Tridentinum irritavit tale matrimonium, primo indirecte in habilitate personarum ad sic contrahendum matrimonium, sicut Respublica efficit inhabiles ad alios contractus, prodigos, minores absque tutoribus, & uxores absque viris.

Secundo directe annullando immediate ipsum contractum: sicut fecit annullando alios contractus, vt professionem ante annum decimum sextum completum, matrimonium vi extortum, aut ab iniuriato sacris contractum.

*Raptave sit mulier.* Raptus proprie

K 4

dici.

dicitur cum persona aliqua, vi illata, adducitur de loco in locum causa libidinis explendæ, vel matrimonij contrahendi; siue sit masculus, siue foemina nupta, *cap. nupta*, siue vis inferatur soli abductæ, siue his, quorum custodiæ, & potestati subest, *cap. lex illa 36. quest. 1.* Raptus dirimens matrimonium tria requirit. Primo, vim illatam mulieri; si enim ipsa sponte discedat cum amatore, non erit raptus, sed voluntaria fuga; si vero vis inferatur his, quorum custodiæ, & potestati subest, talis vis, licet sufficiat ad raptum, non tamen ad dirimendum matrimonium, cum ab eorum voluntate non dependeat contractus matrimonij. Secundo, abductionem de loco ad alium locum. Tertio, vt sit causa matrimonij contrahendi.

Raptores incurrunt pœnam capitũ, amissionis honorum raptæ applicandorum, & alias in iure civili, & in Trident

*dentino sess. 24. cap. 6. de reformatione matrimonij*; excommunicationem perpetuam, infamiam, omnium dignitatum incapacitatem.

Quandiu rapta est in potestate raptoris, tandiu raptus impedit, & dirimit matrimonium; si vero ab eo sit separata, & in loco tuto, ac libero constituta, & velit cum illo nubere, valide contrahere possunt, ex *Triden. sess. 24. cap. 6. de matrim.*

DE PRIMO PRÆCEPTO  
Decalogi.

PRIMUM præceptum Decalogi est de dilectione Dei, & proximi. In quo præcepto quatuor implicatur virtutes, scilicet fides, spes, charitas, & religio. *Fides est habitus supernaturalis, quo credimus veritates à Deo revelatas. Spes est virtus supernaturalis, qua volumus, & speramus ultimum finem medijs operibus meritorijs consequendum. Charitas est*  
*virtus*

*virtus supernaturalis, qua diligimus Deum propter se, & proximum propter Deum. Religio est virtus supernaturalis, qua Deum, & Sanctos adoramus, & veneramur. Obiectum formale fidei est summa veritas: spei, summa misericordia: charitatis, summa bonitas: & Religionis, summa maiestas. Peccata contra fidem possunt esse vel omissionis, vel commissionis; vel omittendo, & non observando præceptum affirmativum fidei, vel operando contra præceptum negativum: debemus enim non solum credere, sed etiam non discredere: peccatum omissionis est nō credere, quando obligamur ad credendum, scilicet, quando incipit usus discretionis, semel in anno, in articulo, vel periculo mortis, & quoties urget tentatio contra fidem, non vincibilis nisi per actum fidei.*

*Peccata commissionis contra fidem sunt tria, scilicet hæresis, apostasia, & infidelitas positiva. Hæresis est recessus pertinax a parte fidei: apostasia est recessus*

recessus pertinax à tota fide: infidelitas positiva est non accessus ad fidem sufficienter propositam.

Sicut datur præceptum affirmatiuum de credendo, sic etiam datur præceptum affirmatiuum de exterius confitendo fidem, Matthæi 1. *qui me confessus fuerit coram hominibus*, &c: contra quosdam hæreticos dicentes, satis esse fidem animo retinere, & præceptum negativum de non negando fidem.

Tale præceptum affirmatiuum obligat in duobus casibus: primo, quando magnus honor Deo debitus subtraheretur, non confitendo exterius fidem; aut Deus magna iniuria afficeretur. Secundo, quando alioquin impediretur magna proximi utilitas: aut illi grave scandalum præberetur circa fidem. In his duobus casibus confessio fidei externa necessaria est, & sic obligat. Interrogatus de sua fide ab eo, qui publica auctoritate fungitur, aut à iudice, tenetur ex præcepto affirmativo fidem confiteri

fiteri, etiam si ex fidei confessione ipsi  
confitenti mors sequatur; quia tunc re-  
dundat ingens honor Deo, & fidei  
nostræ; secus dicendum de interroga-  
to de fide à privata persona.

Item tenetur ad confessionem fidei  
Catholicus, qui videt imagines concul-  
cari, vel fidem, aut Christum contemni;  
si per fidei confessionem credat impe-  
dienda esse peccata.

Quoties infidelis ob alterius confes-  
sionem inducetur ad fidem, non extante  
alio medio, quo ad eam inducatur, te-  
netur fidem confiteri. Idem dicendum,  
quando proximus est in periculo negan-  
dæ fidei, cui periculo prospici potest  
per confessionem fidei.

Præceptum negatiuum de non ne-  
gando fidem, cum sit negatiuum obli-  
gat semper, & pro semper, tam dictis,  
quam factis. Hinc contra præcep-  
tum negatiuum fidei peccat, qui se di-  
cit turcam, vel hæreticum esse. Item  
qui vititur signis, vel factis ex sua na-

tura protestantibus falsam sectam; seu religionem; etiam si hoc non faciat animo fidei negandæ, aut protestandi falsam sectam. Item, qui sacrificat idolis, aut imagines falsorum Deorum ad collum appensas gestat, aut alias actiones facit ex sua natura protestativas falsæ religionis.

Non est contra præceptum negativum fidei negare se esse Sacerdotem; aut Clericum; secus dicendum si negat se esse Papistam; cum nomen Papistæ accipiatur pro religione Christiana.

Fuga in persecutione aliquando est prohibita, Ioannis 3. *Ille animam suam pro nobis posuit, & nos debem⁹ pro fratrib⁹ animas ponere*; quâdo nostra presētia illis necessaria est, sive ex iustitia, sive ex charitate. Ex iustitia, ut in Episcopis, & Parochis iuxta illud Ioann. 1. *bonus Pastor animā suam ponit pro ovibus suis*; vnde etiam cū periculo vitę tenetur tempore hæresis



hæresis, pestis, &c. adesse suis gregibus, nisi per alios commode succurrere possint.

Ex charitate, ut cum ex officio quidem non obligamur, sed tamen necessitas proximorum extrema, aut penes extrema est, & nos soli possumus illis probabiliter succurrere, ne infide vacillent.

Fuga in persecutione aliquando est de præcepto, quia fieri potest, ut præsentia mea, vel mihi, vel gregi sit noxia: fuga autem non contineat illud incommodum, ut cum solus pastor queritur, & oves propter eius præsentiam patiuntur; aut ipsemet timet inconstantiam in tormentis: tunc enim charitas præcipit, ut præscindantur omnes occasiones malorum, ut Sanctus Paulus, & Sanctus Arhanasius fugerunt.

Fuga in persecutione aliquando consultitur, quando vita eorumdem superiorum, vel clariorum civium valde utilis est reipublicæ, & ipsorum absentia

ad

ad tempus non multum affert detrimentum: tunc ergo quamvis posset sine peccato aperte fidem profiteri, consultius tamen est servare se in utilitatem spiritualem multorum.

Disputatio de fide potest esse illicita ex quadruplici capite: primo ex fine, quando scilicet habet quis animum dissentendi, si contrariæ rationes urgentiores sint; & est peccatum infidelitatis, cum in eo fides sufficienter proposita sit.

Secundo, ex parte disputantis, si disputans laicus sit quamvis doctus, cum illi sub excommunicationis pœna interdicitur: (loquor de laico, qui vere laicus est, non insignitus prima tonsura, nec religiosus) excipe casum magnæ necessitatis, vel utilitatis, si laicus sit doctus. Item loquimur de disputatione formali, quæ ad fidei veritatem persuadendam assumitur.

Tertio, ex parte auditorum, si simplices sunt, & si periculum sit dubitationis ipsorum.

Quar-

Quarto, ex disputandi modo, quando magis verborum contentione, quam argumentorum vi, & sententiarum pondere transigitur.

### DE SPE.

**P**ossimus peccare contra spem peccato omissionis, quando omittimus sperare, dum tenemur, scilicet, quando incipit usus discretionis, in periculo, & articulo mortis, semel in anno, & quando vrget desperationis tentatio non vincibilis nisi per actum spei.

Peccata commissionis sunt desperatio, & præsumptio. Desperatio est notitia finis ultimi. Præsumptio, volitio finis sine medijs. Media ad finem ultimum consequendum sunt opera meritoria supernaturalia, quæ nequeunt fieri sine divinis auxilijs gratiæ actualis prævenientis, & concomitantis; quæ media, si supponunt gratiam sanctificationem, sunt merita de condigno; si non supponunt, sunt

sunt merita de congruo.

## DE CHARITATE.

**C**ONtra charitatem peccata omissio-  
nis sunt omissio dilectionis Dei, &  
proximi, dum tenemur Deum diligere,  
& proximum. Tenemur Deum diligere,  
quando incipit usus discretionis in ar-  
ticulo, vel periculo mortis: semel in an-  
no, & dum vrget tentatio Deum odien-  
di, si non sit vincibilis nisi per actum a-  
moris Dei: proximum tenemur dilige-  
re, quando vrget necessitas, & utilitas  
ipsius gravis.

Peccata cōmissionis sunt odium Dei,  
& proximi, illud est maximū inter om-  
nia peccata.

Petes, quomodo Deus est diligendus  
super omnia? Respondetur extensive,  
& intensive: primo modo plus diligen-  
do Deum, quam omnia alia, & citius  
volendo omnia alia non esse, quam  
Deū non esse. Secundo modo ex maiori

L

affectu

affectu, volédo Deo bene esse, quam alicui alteri.

Præceptum diligendi Deum super omnia utroque dicto modo potest impleri in via, sed non quantum ad omnes conditiones, quæ exponuntur per illa verba: *ex toto corde, & ex tota anima*; quia non potest esse in via tanta recollectio vitium, ut, a motis impedimentis, possit voluntas toto conatu ferri in Deum.

## D E R E L I G I O N E .

**P**otest peccari contra religionem peccato omissionis, omittendo Deum, & Sanctos adorare, quando tenetur, eo modo, quo dictum est de fide, spe, & charitate: & peccato commissionis, scilicet superstitione, quæ definitur: *cultus vitiosus, quo damus creaturæ cultum proprium Dei; & Deo cultum proprium creaturæ; vel cultum Deo modo indebito.*

Superstitio habet tres species, idolatriam, Divinationem, & vanam obser-

van-

vantiam. Idolatria est idoli latria, id est  
divinus cultus creaturę exhibitus: actus  
externi latrię soli Deo debiti sunt sa-  
crificare, altaria erigere &c.

Divinatio in communi est futurorum  
prędictio, vel secretorum manifestatio.  
Triplex est, prophetalis, astrologalis,  
& Dęmoniacae. Prima à Deo dimanat,  
& est certissima, diciturque prophetia.  
Secunda procedit à causis, & signis na-  
turalibus, ex quibus Astrologi pluvias,  
nives, ventos, tempestates &c. non cer-  
to, sed contingenter prędicunt, & sic  
sæpe decipiuntur, & decipiunt. Tertia,  
pręnuntiatio futuri, vel occulti, ope  
Dęmonis facta expresse, vel tacite in-  
vocati.

Pactum inter Divinatorem, & Dęmo-  
nem duplex est: vnum expressum, tacitum  
alterum: illud fit expressis verbis, V. G.  
facies, vt faciam; id est invocabis me, &  
dabis cultum, & ego auxiliabor tibi: aut  
pones talia signa, aut facies hoc, & ego  
ad positionem illorum, aut cum id feceris,

L 2

pro

pro te hoc faciam, aut revelabo tibi rem,  
quam desideras.

Tacitum est, cum quis medijs vanis,  
& inutilibus procurat effectum ad cog-  
nitionem rerum latentium, quæ vim hu-  
manam superant, & consequi nequit, ni-  
si cum Dæmonis auxilio.

Species divinationis sunt plures: pri-  
ma est præstigium, cum Dæmon præ-  
stigijs apparitionibus se ingerit sensi-  
bus hominum ad occulta revelanda, præ-  
cedente cultu ei exhibito.

Secunda, divinatio per somnia, cum  
instructio Dæmonis per somnia speratur.

Tertia, Necromantia, cum adhibitis  
sanguine, & certis carminibus videntur  
mortui resurgere, loqui, & docere.

Quarta Phytonica, cum Dæmon per  
phytones docet.

Quinta Geomantia, cum docet per sig-  
na in corporibus terrestribus apparen-  
tia, vt in ligno, metallo, lapide &c.

Sexta Hydromantia, cū per signa in aqua.

Septima, Aeromantia, cum per signa in  
aere.

Octa-

Octava Pyromátia, cū per signa in igne.  
Nona, Aruspicium, cum docet per signa  
in extis animalium sibi sacrificatorum.

Aliæ item sunt, ex quibus cognitio  
occultorum vane procuratur, vt Augu-  
rium ex animalium vocibus: Auspicium  
ex avium volatu: Omen ex hominum vo-  
cibus præter intentionem dictis: Phy-  
sionomia, cum ex totius corporis huma-  
ni, & præsertim totius faciei signis:  
Metoposcopia, cum ex fronte: Chiro-  
mantia, cum ex manuum lineis.

Alia est divinatio per sortes, vel quid  
æquivalens ad cognoscendum secretum  
præteritum, vel futurum, Dæmonis ope,  
& dicitur Sortilegium.

Sortes duæ sunt: divisorix, & divi-  
natoriæ. Divisorix sine superstitione,  
& plerumque licite fieri possunt, si-  
ve ad honestum ludum, sive ad hære-  
ditatis divisionem, sive ad litis com-  
positionem, dummodo litigantes, qui  
æquale ius habent, consentiant; sic  
etiam si plures mortem meriti sint;

L 3

neque



neque expediat omnes puniri, sortem consulere potes, & per eam definire, quis ex his sit occidendus.

Dixi *plerumque*, quia in electionibus ecclesiasticis sunt illicitæ, & in officijs sæcularibus, quæ non sorte, sed secundum personarum aptitudinem sunt dividenda. Divinatoriæ, cum quis ex consideratione festucæ electæ ex duabus oblati; schedulæ ve scriptæ, aut albæ, quis fecerit furtum, scire vult; vel ex taxillorum prolectione, vel ex consideratione eius, quod aperienti librum occurrit, cognitionem quærit.

Sortilegium duplex est, vnum hæreticale, aliud non hæreticale: illud exercetur cum abusu Sacramentorum, vel sacramentalium; vel cum in eo adhibentur verba sacre scripturæ, aut cum quis abutitur vasis, rebus, aut vestibus sacris, ut calice, petra aræ, aqua benedicta, sacra cera, corporali, stola, &c. hæc sortilegia sapiunt manifestam hæresim, quia aperta hæresis est credere hæc ex consecratio-

oratione, vel benedictione habere vim ad sacrilegia, & turpia opera perpetranda: Non hæreticale est, in quo nulla ex prædictis, aut similia interveniunt.

Tertia superstitionis species est vana observantia, & vocatur magia superstitiosa, qua media inutilia adhibentur ad effectum, ad quem illa media nec à natura, nec à Deo, nec ab Ecclesia habent vim: dicitur vana observatio, quia non consequitur effectum intentum, vel si consequitur, plus nocenti infert, quàm commodi.

Plures sunt species vanae observatiæ: prima, est ars notoria, quæ etiam dicitur *Clavicula Salomonis*, ad similitudinem scientiæ, quæ ipsi indita fuit: quæ est superstitio, qua quis credit sine iudicio omnium Divinarum, humanarumque rerum scientiam infusam se consequitur, per quedam incantationes, orationes, inspectiones figurarum, prolationes verborum incognitorum, & alia vana; & includit tacitam societatem cum Dæmone, cui

tribuitur, quod est Dei proprium, scilicet scientiam infundere.

Secunda, est observantia sanitarum, & est quando adhibentur aliqua verba, vel signa, vel ceremonie vana ad curandos morbos, vel conservandam vitam.

Item: si medicamentis naturalibus aliqua media vana adiungantur tanquam necessaria, vt cum certo numero crucium, vel in tali corporis positione, vel in tali hora, &c.

Item: vti certis orationibus, que vulgo circumferuntur, & in Sancto Sepulchro repete finguntur in quibus promittitur recitanti, vel gestanti, quod non morietur subita morte, nec in bello, nec in aqua, nec in peccato.

Superstitio est, in die Veneris omittere scilicet signam vnguam, aut herbas medicinales colligere, aut venam iumentis aperire in die Sancti Ioannis Baptiste, credendo tali diei maiorem virtutem herbis collectis inesse; aut periculum esse damni faciendum vngues tali die; aut in

eo recitare orationes, vt ipsi manifestetur, cui parere debeat. Excusare potest à mortali ignorantia, bona fides, & factum ob solam sancti deuotionem.

Tertia est, obseruantia eventuum, & est, quando fortuito aliquid occurrit, vel accidit homini, in quo sibi, vel alteri quid prosperi, vel aduersi venturum coniectat, & inde actiones suas moderatur: vt si quis domo egredies pedem offendat, ideoque domum reuertatur metuens iter infastum fore; vel si foras egresso occurrat virgo, & idcirco existimet diem fore sterilem; & prosperum, si occurrat meretrix; vel si quis putet sibi aliquos dies infortunatos, vt quidam putant esse diem Martis, & aliquos esse felices, vt diem Lunę, & Iouis.

Quarta est Magia, que duplex est, vna naturalis, alia superstitiosa: illa est ratio perpetrandi mira per causas naturales absque Dæmonis ope, que non est in iure prohibita, non tamen multum addiscenda, quia Dæmon sæpe, & facile se permiscet. Superstitiosa est sacubitas efficien-

efficiendi opera mira, Dæmonis ope;  
per signa ab eo instituta, que semper ha-  
bet expressam, vel tacitam Dæmonis in-  
vocationem, vel societatem cum illo.

Si magia tendat ad opus mirum, tantum  
in ostentationem, vel commodum pro-  
prium, seu aliorum, communi nomine  
dicitur magia; si vero tendit ad malum  
alteri inferendum, vocatur maleficium; si  
solis verbis aliquid per magiam supra na-  
turam fiat, dicitur incantatio, & qui ea  
utuntur, incantatores vocantur. Si ad a-  
morem carnalem, vel odium excitandum,  
dicitur maleficium amatorium. & fit, Dæ-  
mone hominis phantasiam commoven-  
te, nihil tamen in voluntate agente.

Contra maleficiū licitum est uti, pri-  
mo remedijs petitis ex medicina; secun-  
do, exorcismis, & Sacramentis Eccle-  
siæ, peregrinationibus, invocationibus  
Sanctorum &c. tertio, destructione sig-  
norum, per quæ Dæmon nocet, absque  
alio tamen maleficio.

Si maleficus licito modo potest ma-  
lefi-

lescium tollere, licet eum ad id accerere, & rogare; immo etiam pecunia inducere; vel verberibus, aut tormentis cogere, si nolint non tamen interficere.

Licet contrarium signum positivum apponere, dummodo sit honestum: V. G. si Dæmon esset pactus cum malefico, se tandiu nociturum, quandiu maleficiatus se cruce nō signat, aut corpus lavat, licebit illi se signare, & lavare, quia solum prætenditur tollere signum, & dissolvere pactum cum Diabolo; si vero dubitetur, an possit sine maleficio nō tolli, nō licet ab eo petere, propter peccandi periculum.

Quo modo Confessarius se habere debeat cum superstitionis? Respondetur quod primo examinandi sunt de varijs superstitionū speciebus, & quo sine tali superstitioni se addixerint: secundo, monendi sunt eos teneri pactum expressum sive implicitum cum Demone abiurare, & dissolvere: libros suos, ligaturas, aliaque instrumēta artis combure.

burere, nec nō chyrographū, si habeat.

Tertio examinandi sunt, si peccatum apostasiæ, idolatriæ, & hæresis contraxerint, nec non peccatum blasphemix in Deum, & Sanctos, & sacrilegiū, si peccatum de bestialitate cū Dæmone.

Quarto, de damnis proximo illatis, quæ tenentur resarcire. Fateor quemuis confessorem maximam habiturum difficultatem in opportunis remedijs præbendis, & non levia occurrent dubia; ideo prædictis executioni mandatis, libros perleget, peritos, ac expertos consulat, absolutionem differet, vt recte suū munus exerceat.

**DE SECUNDO PRÆCEPTO, NON  
assumes nomen Dei in vanum.**

*De Iuramento.*

**I**uramentum est invocatio tacita, vel expressa numinis Divini tãquam primæ, & infallibilis veritatis in teste alicuius rei; hæc auté invocatio in eo consistit, quod iurans

*De secundo Præcepto Decalogi. 173*  
rans, quantum in se est cupiat, ac velit  
Deū id, quod iurat, testari, & manifesta-  
re: vel brevius, iuramentum est *veritas*  
*Divino testimonio confirmata.*

In foro externo tales sunt forme iurā-  
di: testor Deū, invoco Deum in testem!  
formulæ istæ, Deus novit, Deus testabi-  
tur suo tempore, coram Deo loquor,  
Deus novit omnia, Deus videt meā cōf-  
scientiam, non sunt iuramenta, quia nar-  
rative proferuntur, non invocative.

Iuramenta, que dicuntur per modum  
sponsionis, V. G. expono caput meū, am-  
putetur mihi aures ni ita sit, nō sunt vera  
iuramenta, quia neq; explicite, neq; im-  
plicitate divino testimonio cōfirmantur.

Si quis, vt iuramentū coactus vitet, dī-  
cat, iuro per omne id, quod possum; non  
iurat, quia cū nulla res sit, per quam abs-  
que necessitate quis licite iurare pos-  
sit, censetur per nil iurare intendisse.

Ista verba: vere, certe, in veritate, in  
fide boni viri, per fidē meā, per consciē-  
tiam meam, super conscientiam meam,

non



non sunt iuramenta ; quia tantum significant illum loqui ex dictamine cōscientiæ, & notitiæ veritatis ; nec in testē adducit Deū ; esset tamen iuramentum dicere , per fidem Catholicam , per Sanctum Evengelium , quia tunc censeretur in testem adduci , illius fidei , & Evangelij autor.

Ista verba : tam verum est , quam sol lucet , quam hic sedeo &c. non sunt iuramenta , quia licet comparatio falia sit , & mendacium , non invocatur Deus in testem.

Verba ista , tā verum est , quam Deus est ; quam Christus est in venerabili Sacramento ; quam verum est Evengelium , sunt iuramenta cum blasphemia , secundum communem opinionem ; id tamen non satis apparet , quia Deus in testē non invocatur , nec videtur esse blasphemiam , si sit verū , & animus proferentis sit tantū significare similitudinē , ut sensus sit : hoc est verū suo modo , sicut alterum est verum suo modo.

Iu-

Iurare per creaturas, in quibus divina bonitas specialiter elucet, est verum iuramentum, V. G. dum iuratur per cælum, intelligitur illius habitator: per terram is, cuius terra est scabellum: per templum is, qui ibi colitur; per aliquod Sacramentum is, qui instituit: per crucē is, qui in ea fixus est; dum per Evangelia ea tangendo, aut nominando, is, cuius verba ea sunt.

Dividitur iuramentum ex parte materiæ in verbale, reale, & mixtum; verbale fit verbis: reale fit actione aliqua, nempe tactu crucis, Evangeliorum &c. mixtum fit verbis simul cum actione aliqua.

Ex parte formæ dividitur in assertorium, promissorium, comminatorium, & execratorium. Assertorium est assertio Divino testimonio confirmata, & respicit tempus præteritum, vel præsens; promissorium est promissio Divino testimonio confirmata; comminatorium est comminatio Divino testimonio confirmata; & execra-

cratorium, *execratio Divino testimonio confirmata.* Quilibet potest facere iuramentum assertorium, in quo est vnica veritas: promissorium, in quo est duplex veritas; de presentia, quæ consistit in intentione complendi, & de futuro, in completionem futura: si prima deest, peccat mortaliter iurans; similiter, quando non complet, si materia est gravis; vel si levis, est materia totalis iuramenti. In iuramento execratorio præter promissionem est impositio pœnæ iustæ. In comminatorio, præter promissionem est comminatio pœnæ alteri, quam solû comminari potest, si iusta sit, habens potestatem dominativam, scilicet pater respectu filiorum; Dominus respectu servorum; superior respectu subditorum, & mariti respectu vxorum.

¶ Ut iuramentum sit licitum, tres exigit conditiones: iudicium, iustitiam, & veritatem: iudicium, vt cum discretione, prudentia, consideratione, ac reverentia, non sine necessitate, aut gravi causa fiat:

fiat : iustitiam , vt quod iuratur sit res iusta : veritatem , vt sit res vera , aut saltem probabiliter existimetur vera.

Si iuramento desit iudicium , vt plurimum , est peccatum veniale , vt si absque necessitate iuret , sive ex levitate quadam animi , sive ex consuetudine ; poterit tamen esse mortale si sit gravis negligentia in investigatione veritatis , vel in tollendo consuetudinem : quæ negligentia , vel consuetudo possit esse periculum periurandi . Si iuramento desit iustitia , est peccatum mortale , si iurat se facturum rem mortaliter malam . Si iuramento desit veritas , est peccatum mortale propter gravem in Deum irreverentiam , adducendo eum in testem falsitatis , quasi , vel ipse veritatem nesciat , vel velit , aut possit decipere testando falsum .

Ad iuramentum sufficit voluntarium simpliciter : vnde si iuratur ob metum grave , valet iuramentum , nisi sit de matrimonio contrahendo , quod videtur relaxatum ipso iure . M Si

Si quis iurat rem malā, aut vanā, aut inutilem, non obligatur ad iuramentū; quia iuramentum non est vinculū iniquitatis. Si talis res illicita, & vana, mutatis circumstantijs, fiat honesta, non coalescit iuramentū, quia nō firmatur tractu temporis, quod initio non subsistit.

Non obligatur quis implere, quod iuravit contra consilia evangelica, V. G. non ingredi religionem, non dare elemosinam &c. & licet peccet talia iurando, non tamen peccat non implendo.

Si quod iuravit in utilitatē, aut gratiam alicuius, aut aliquorum, sit honestum, tenetur implere, non tamen poterit cōmutare in aliud opus melius; nisi iuratum fuisset Thyciæ eā ducere, in quo casu poterit tale iuramentū commutari in opus melius, scilicet religionis ingressum, quia iuramentum sortitur naturā actus, cui apponitur: & promissioni matrimonij hæc tacita cōditio inest, scilicet nisi ingrediar religionem.

Si Thycius cum iuramento promisit

nup-

*De secundo Præcepto Decalogi.* 179

nuptias Berthæ diviti, virginæ, & bonæ famæ, si Bertha incidat in paupertatem, infirmitatē, fornicationē, vel infamiam, non tenebitur Thycius stare iuramēto; quia promissio ipsa non obligat eo casu; & accessoriū sequitur principale.

Si quis iuravit se servaturum secretū; non potest tamen illud servare absque gravi suo, vel alterius damno, non peccabit contra iuramentū illud detegendo, quia promissio secreti non videtur obligare nisi sub conditione, si non nocet.

Quādo equivocatio est licita, & quādo est iusta causa, licet iurare cum æquivocatione, quia ubi est ius occultandi veritatē, & occultatur sine mendacio, nulla est ratio, cur non liceat iuramentū; quod si fiat sine iusta causa, & in materia gravi, ex genere suo est mortale, & est peccatū contra religionem, cum sit gravis irreverentia, usurpare iuramentum ad alterum in re gravi decipiendum.

M 2

Si-

Similiter, si quis ipote sua à nemine rogatus iuret vtendo equivocatione, graviter peccat, quia tunc tenetur vti vocabulis secundum communem significationem, quia non habet rationem æquivocandi.

Si iuramentum iure exigitur, vt à iudice, vel superiore in re gravi, peccat mortaliter, qui vtitur equivocatione: si vero iniuste exigatur ab eo, qui ius non habet, vt à iudice incompetente, vel non servante ordinem iuris: vel si exigatur per vim, iniuriam, metum; æquivocatione potest vti, nec peccat mortaliter, V. G. si vir exigat iuramentum ab vxore de adulterio occulto; si latrones exigant à te lytrum cum iuramento.

Iuramenti obligatio tollitur per irritationem, dispensationem, commutationem, & remissionem.

Omnis superior respectu subditorum; Dominus respectu servorum; Pater respectu filiorum; maritus respectu vxoris, possunt tales iuramentum irritare: possunt idem irritare iuramenta promissoria fac-

ta

ta in gratiã hominis, quotiescumq; ipsã promissionem seu contractum confirmare ijs concessum sit.

Quicũq; habes potestatem ordinariã, vel delegatã, vel privilegiũ dispensandi, potest iuramenta dispensare, eaq; cõmutare.

Si iuramentum factum sit in favorem hominis, solũ potest relaxari ab eo, cui factum est, aut ab eo, cui promissa materia subiecta est.

Si talis favor eis iuratus esset propter Deum, V. G. si quis propter Deum iurasset pauperculę eam ducere, potest ipsa tale iuramentum relaxare, quia licet iuramentum principaliter factũ sit propter Deum, eius tamen executio est in favorem talis pauperculę, ab ipsiusq; voluntate dependet.

An civilis potestas relaxare possit iuramenta suorum subditorũ, quãdo iusta causa subest, in tẽporalibus, V. G. quia metu, vel per aliam iniuriã extorta sũt. Alij negant; alij affirmant indirecte posse, V. G. ratione materia, vel supplendo

M 3

vicem



vicem eius, cui iuratum est, & qui remitte-  
re debebat.

## D E V O T O.

**V**otum est deliberata promissio Deo facta de bona possibili, & meliori; hinc votum est actus patrie soli Deo debitus; quare dum vovemus aliquid Sanctis; sensus est voveri id Deo in honorem simul Sanctorum, sicut templi, & altaria ædificamus Deo in eorumdem honorem.

Votum multiplex est: absolutum, & conditionatum; illud est, quod fit sine ulla conditione, ut voveo eleemosinam; hoc autem fit cum conditione, ita ut nisi appositam, non exurgat obligatio, ut voveo eleemosinam, si sanitati restituar; vel voveo facere disciplinam, si hoc fecero.

Solemne, & simplex; illud reddit personam iure inhabilem ad matrimonium contrahendum, ut sunt votum ordinis Sacri, & professionis in religione approbata; simplex impedit, non dirimit.

Rea-

Reale, personale, & mixtum; reale, cū pecunia, vel alia res externa pretio estimabilis promittitur, vt calix, elemosina: personale, cū aliqua hominis actio, vel cessatio actionis promittitur, vt votum ieiunij, peregrinationis, abstinentiæ à lusu: mixtum ex utroque coalescit, vt si voveas peregrinationem cum oblatione alicuius rei.

Ad votū requiritur intentio, & perfecta libertas, qua quis libere, & directe voluerit promittere cum animo se obligandi. Vnde votum factum cū metu iniuste incusso ad ipsum votum extorquendum, invalidum est.

Vsus rationis sufficiens ad peccatum mortale, sufficit ad vovendum; excipe votum solemne religionis; vnde si quis dubitet, sciens se vovisse, an cū sufficenti deliberatione, & usu rationis ob defectu n̄ etatis, siquidem vovit ante septennium, non tenet votum, quia possessio stat pro libertate; si vero post septennium n̄ vovit, obligatur, quia possessio stat

M 4

pro

pro voto; si denique dubitet, vtrum ante, vel post septennium voverit, teneri voto, quidam affirmant; quidam negat.

Si votum emissum sit ex errore circa substantiam materiæ promissæ, V. G. si quis vovit certum Calicem, quem putat argenteum, cum sit aureus, non tenet votum: idem, si vovit se ingressurum certum Monasterium, putans esse ordinis Sancti Benedicti, cum sit Carthusianorum.

Similiter circa conditionem substantialem, vt si quis voveret se ingressurum Monasterium, vbi putaret religiosam disciplinam, & essentialia religionis accurate seruari, & tamen non ita esset; vel si voveret peregrinationem ad limina Apostolorum, putans tantum distare centum miliaribus, cum tamen distaret trecentis.

Similiter, si quis voveret aliquid in gratiarum actionem pro sanitate parenti reddita, & is re ipsa non fuisset ægrotus, vel esset mortuus, non teneret votum: & ratio nullitatis talium votorum est, quia deficit liber consensus, qui non fertur in

in-

Incognitum, & nihil est tam contrarium consensui, quam error.

Materia voti debet esse possibilis, cū impossibile efficaciter intendi nequeat, nec ad illud sit obligatio. Secundo debet esse non solum bona, sed etiā melior, quam oppositum, sive eius omisio, quia finis intrinsecus voti est Deum honorare; id autē non potest fieri, nisi offeratur illi aliquid gratum; gratum autem esse non potest, ut quis obligetur ad relinquendum id, quod est melius, vel saltem æque bonum.

Votum, cui adiungitur finis, vel alia circumstantia mala, non est validū, si talis finis, vel circumstantia se teneant ex parte rei votæ: V. G. vovet quis elemosinam ad obtinendā vanam gloriam, fœlicem successum furti, adulterij, &c. si vero se teneant ex parte voventis, valet, V. G. si quis ex vanagloria, aut ex ira erga importunū mendicū voveat ei dare elemosinam, quia tunc res, quā vovet, est bona, licet vovens male, & cum peccato voveat.

Vo-

Votum factum ex affectu erga rem bonam, ut bona est, & si coniuncta cum causa mala, validum est, ut si quis voveret eleemosynam, si ex duello evaserit saluus, quia votum non cadit super malum, scilicet duellum, sed super bonum, scilicet non lædi in ipso duello.

Non valet votum, quando vovetur bonum, quod est impeditivum maioris boni, quia iam non esset bonum, sed malum, ut sunt vota cōtra consilia evangelica; si vero aliquod bonum per se, & absolute minus, fieret per accidens maius bonum, tunc tale votum valeret, ut si quis voveret non succceptionem ordinum sibi damnosam.

Votum matrimonij est invalidum per se, quia per se melior est cœlibatus: dixi *per se*; quia per accidens valide vovetur, si quis ad hoc obligatur, ut quia sine iniuria, aut gravi infamatione sponsæ, vel liberorum ex ea conceptorum, à matrimonio non potest recedere: vel ob bonum reipublicæ, quia ex eo speratur pax

inter

Inter Principes, cōversio hæreticorum, Regni tranquillitas ; vel si quis ob fragilitatem, & veteratam consuetudinem peccandi adeò sit pronus ad lapsum, vt prudentes iudicent consultum ei esse, vt nubat.

Voti obligatio est tanta, quantâ materiæ quantitas permittit, & intentio voventis determinat; licet enim obligatio voti sit iuris naturalis, vis tamen eius pendet à voluntate voventis, tamquam prævia conditione.

Hinc, si quis vovit recitare quotidie, *Salve Regina*, omittendo semel iterumq; non peccat mortaliter, quia materia id non permittit; si vero toto anno omittatur, variât Doctores, si sit veniale, vel mortale. In materia vero gravi & si quis possit se obligare tantum leviter, cōmuniter tamen censebitur se voluisse obligare graviter, nisi aliunde constet.

Nullus obligatur alieno voto ex vi illius voti: vnde si qui Canones videntur indicare filiū à patre religioni devotus tene-

teneri ea profiteri, intelligendi sunt, si filius votum Patris ratificaverit: similiter, si hæres teneatur solvere vota realia defuncti, non tenetur vi voti defuncti, sed ex iustitia, sicut tenetur alia illius debita, & legata solvere. Eodẽ modo, si communitas aliquid vovit, in quod posterius non cõsenserunt, non tenetur id facere vi voti; sed interdum ratione pacti, vel longæ consuetudinis.

Vota personalia implenda sunt per voventem. Vota realia solvenda sunt ex proprio: unde, qui nequit ex suo, non tenetur ab alio mendicare; quod si possit ex suo, & tamen alius, siue rogatus, siue sponte pro ipso velit solvere, id valet, quia tunc, quod alter dat, fit ipsius.

Vota conditionalia, cessante conditione, licet ipse vovens causa fuerit, vt conditio non ponatur, non obligant: V. G. vovisti peregrinationem, si eam Petrus approbet, deinde submittit, qui persuadeat, vt non approbet, illo igitur non approbante, non tenetur.

Qui

Qui vovit rem certam, & determinatam, V. G. hunc Calicem, non tenetur ad aliū; si vero Calicē vendiderit, probabilius videtur teneri dare pecuniam, quam accepit.

Vovens aliquid faciendū certo tempore, vt ieiunare hoc, vel illo die, eo transacto non tenetur ad ieiunandū.

Vovens aliquid sine certo tempore, V. G. peregrinationem, tenetur eā implere, cū commode primū poterit, quia sic moraliter censetur intelligenda sua promissio.

Vovēs aliquid sine certo loco, V. G. ingredi religionē Sācti Benedicti, satisfacit intrādo quodcūq; Monasteriū illius ordinis, dūmodo in ipso servētur substantiali regulę; & satisfacit voto, si postquā ingressus est, remittatur, aut egrediatur ante professionē, saltē cū iusta causa.

Vovēs aliquid sine certa qualitate, V. G. religionē in genere, potest ingredi quācūque, etiā laxiorē, dummodo serventur essentialia, & sit approbata.

Vo-



Vovens aliquid sine certa quantitate, V. G. eleemolinā, pecunia, frumentum, satisfacit dando, quantū voluerit, modo non sit tā parum, vt potius videatur irridere suū votum, quam implere.

In dubio de mente voventis debet fieri interpretatio secundum verborum, quibus usus est, proprietatem, vel potius communem, & vsitatam acceptio-  
nem.

Vovens dare decē aureos, si ludat char-  
tis, an teneatur dare decē toties, quoties  
ludit? Variant Doctores. Quando con-  
currit obligatio duorum votorum, im-  
plēdum est præstantius, & Deo gratius;  
si vero sint æqualia, implēdum est, quod  
prius votum est; & si hoc nesciatur, libe-  
ra est electio.

Si materia voti fiat impossibilis quo  
ad partem tantū; si commode talis ma-  
teria dividi non potest, aut non solet,  
ad nihil tenetur; si vero commode divi-  
di potest, & solet, manet obligatio ad il-  
lam partē, quā potest; V. G. qui vovit

tota

tota hebdomada ieiunare, si non potest tota, tenetur ad dies, quibus ieiunare potest: similiter, qui matrimoniū contraxit, & coniugavit post votū castitatis, tenetur non petere debitū, potest tamen reddere. Si materia voti dividi possit, & ex duabus partibus vna sit principalis, reliquæ accessorix, non per seorsim intentæ, sed depēdenter à priori, tamquam illius appendices, & modi; principali impossibili, non tenetur ad accessorias: V. G. vovisti peregrinationem Romam cum silicio, & ibi certum aliquid offerre; si peregrinatio sit impossibilis, non teneris silicium ferre, nec oblationem mittere.

Potest tolli voti obligatio duobus modis. Primo, nullius autoritate interveniente, idque, vel materiæ mutatione, vt si materia ante honesta, fiat turpis, indifferens, vel impeditiva maioris boni ratione circūstantiæ, vel prohibitionis; vel si fiat impossibilis physice, aut moraliter; vel si non ponatur condi-

conditio, à qua pendeat. Secundo modo, interventu autoritatis humanæ.

Interveniente humana autoritate, tollitur obligatio tribus modis: per ir-  
ritationem, dispensationem, & commu-  
tationem.

Qui habet potestatem dominativam, potest irritare vota, vt superior potest irritare vota subditorum, qualiacumq; sint, ad suum libitum: Pater respectu filiorum, & eius deffectu auus paternus: quo deficiente, tutor, immo etiam mater non tantum si tutrix sit; maritus respectu vxoris, cū ipsius sit caput, & Dominus respectu seruorum.

Talis irritatio votorum prouenit ex iure positivo, quo datur alicui legitima potestas dominativa in voluntatem alterius.

Votum vxoris emissum ante subiectionem, scilicet ante matrimonium, non potest maritus directe irritare: si vero emissum sit intra tempus subiectionis de re implenda post tempus subiectionis,

V. G.

V. G. post obitum mariti, potest maritus directe irritare.

Potest pater directe irritare omnia vota filij ante pubertatem emissa: pubertas in masculis incipit annodecimo quarto cōpleto; in feminis annoduodecimo.

Non potest pater irritare directe vota filij constituti iam in pubertate, si vota sunt personalia; nec si sint realia de bonis castrensibus, vel quasi castrensibus filij; si vero sunt de bonis patris, potest directe irritare.

Votum filij factum tempore subiectionis de re implēda post subiectionem, potest irritare, nisi illud extra subiectionem ratificasset.

Potest pater revocare, ac directe irritare vota, quæ semel ratificavit, quia non privavit se dominio, & potestate sua; quod si id fiat sine causa, an sit peccatum mortale? quidam affirmant; quidam probabilius negant.

Prælati potest irritare votū subditi à prædecessore cōfirmatū, si is sit æqualis,

N

vel

vel inferior, non tamen si est superior.

Possunt irritare indirecte vota illi, quibus materia voti est subiecta, ita ut in hanc ius habeant, & voti executio suo iuri præiudicaret, idque ex lege naturæ docente, quod non potest alteri aliquid promitti in præiudicium tertij; quæ irritatio est obligationis voti suspensio.

Vxor potest irritare indirecte vota mariti, si derogent vitæ sociali, & vsui domini, quod habet in corpus mariti, ut si voverit longiorem peregrinationem, habitare alibi, &c. Item Dominus, & Domina respectu famulorum, ut si ij voverint ieiunium, quo fierent inepti ad obsequia Domini, quale non est castitatis, vel brevis orationis votum.

Non possunt indirecte irritari vota de re aliàs præcepta, V. G. votum non iurandi: item nec vota implenda tunc, quando materia voti non est amplius subiecta, V. G. vota servi implenda, cum erit liber, & coniugis, cum alter

alter erit mortuus. Potest quis indirecte irritare vota longe ante facta, quam sibi materia subijceretur, V. G. facta à coniuge longe ante matrimonium. Non potest irritari votum castitatis mutuo mariti, & vxoris consensu factum; secus tamen esset, si vel sola vxor, vel vterq; independenter ab altero vovisset. Vota indirecte irritata reviviscunt, & obligant, quando alteri desinunt præiudicare.

Commutatio est substitutio alterius operis honesti loco eius, quod voto promissum erat sub eadem obligatione.

Ut licite fiat commutatio voti, requiritur autoritas Ecclesiastica: primo, quando commutatio fit in paulo minus bonum; secundo, quando dubium est de æqualitate boni; tertio, quando fit in bonum æquale; quod si fiat in melius, sufficit autoritas propria, quia in meliori minus continetur; voco autem melius, quod est tale in ordine ad utilitatem spiritualem voventis, & Deo gratias.

N 2

Ad

Ad commutationē voti in æquale requiritur causa, licet minor, quam ad dispensationem; quia dispensatio plane liberat ab obligatione voti; commutatio vero aliud subrogat; vnde si fiat in melius, nulla causa requiritur; si in æquale cum autoritate superioris sufficit maior in illud propensio; si vero dubitetur, an sit æquale, sufficit notabilis molestia in implendo.

Omnia vota personalia propria autoritate commutari possunt in votū religionis; immo ipso iure omnia vota realia commutantur in professione.

Non potest quis votū religionis propria autoritate commutare in susceptionem Episcopatus, quia hic non efficit hominem perfectiorē, quam religio, licet perfectiorem esse supponat: tū quia non constat hic & nūc esse Deo gratius.

Qui habent facultatem dispensandi, habent etiam commutandi; quia cōmutatio est pars dispensationis; & qui potest maius, etiam & minus; non tamen  
qui

quī habet facultatem commutandi, habet etiam dispensandi.

Si is, cuius votū commutatum est, malit deinde implere primum, id potest; quia in eius favorem factum est, cum tacita conditione, si ei placuerit.

Si materia voti legitime à superiore commutati fiat impossibilis, vel indifferens, non tenetur redire ad prius, quia obligatio extincta est.

Dispensatio est absoluta obligationis voti condonatio nomine Dei facta. Ad dispensationem requiritur causa, V. G. bonum commune Ecclesiæ, vel reipublicæ: notabilis difficultas in observatione voti; imperfectio actus, vel levitas, ac facilitas in emittendo votum.

Si causa non sufficiat ad integram dispensationem, partim commutari potest.

Si votum sit factum certæ personæ, aut Ecclesiæ, ante voti acceptionem potest dispensari, vel commutari, quia nō censetur eis ius acquisitum.



Potestas dispensandi convenit omnibus Prælatiſ, qui habent iurisdictione in foro externo: vnde dispensare poſſunt Papa reſpectu omnium fidelium in omnibus votis: Epiſcopus reſpectu ſuorum ſubditorum; non autem Parochus, qui tantum habet iurisdictionem fori interni: Prælati regulares exempti reſpectu ſuorum Religioſorum, & Novitiorum: ex privilegio Papæ Confeſſarij ordinum mendicantium ſecundum conſeſſionem, & moderationem ſuorum ſuperiorum,

Suptadiſti [ Papa excepto ] poſſunt diſpensare in omnibus votis, exceptis quinque ſoli Papæ reſervatis, ſcilicet voto caſtitaſis perpetue, religionis approbatæ, peregrinationis ad limina Apoſtolorum, ad Sanctum Iacobum in Compoſtellâ, & ultra mari-  
na, ſive in terram Sanctam,

DE

## DE BLASPHEMIA IN DEVM,

& Sanctos.

**B**laspheemia est convitium, seu verbum contumeliosum in Deum, vel Sanctos.

Duplex est: alia hæreticalis, alia non hæreticalis, seu simplex: illa est, quando per verbum indicativi modi asseritur aliquid fidei contrarium, vt Deus est iniustus, qui permisit me esse pauperem, cœcum, claudum: non est omnipotens: non credo in Deum, ab nego Deum, Xpum, Sacramenta, Evangelia, vel alias fidei veritates.

Simplex, sive non hæreticalis illa est, quæ nec formaliter, nec virtualiter opponitur fidei; aut per verbum imperativi modi, vel optativi asseritur; quia per hos modos, cū indicativi nō sint, nil falsum dicitur de Deo, vt maledictus sit Deus; pereat Deus: si in aliqua locutione aliquid affirmativū, vel negativū includatur contra Deū, est blasphemia hæreticalis, vt si quis dicat, ò Deū iniustū, igo

uniflogon

N 4

nawā

narum, mendacem, crudelem; quia virtute satis affirmatur, quod ita proferatur. Est blasphemia simplex in Christu, Deiparam, & Sanctos, nominare per modum irrisionis, & contumeliæ partes verendas illorum:

Blasphemiâ hæreticalis potest esse sine fide, & cum fide; sine fide, si dicēs id, quod ore profert contra fidem, credit, & est hæreticus, & excommunicatus in Bulla cœnæ; si vero non credit, non est hæreticus, sed blasphemus, & de fide suspectus; blasphemiâ enim propriè dicta non in sentiendo falsa de Deo, sed in dicendo consistit, siue verba proferantur, siue scribantur, quia blasphemiâ opponitur laudi Diuinæ, quæ solis verbis exhibetur.

Deturpacio, cõcunctatio, aut percussio imaginũ Xpi, Deiparæ, aut Sanctõrum est blasphemiâ facti hæreticalis; quia hoc factum capit heresim lutheranam de imaginibus explodendis.

Si sit blasphemiâ hereticalis dicere ab-  
nego Diuũ

nego Diuū Petrum quidā negant; quia nihil asseritur fidei contrarium; aliqui affirmant, hocque extendunt ad alios Sanctos, cū sit de fide Diuū Petrum existere, esseque beatum, quod probabiliter potest dici de omnibus; cum secundum probabile sententiam de fide sit Pontificem in canonicatione Sanctorum errare non posse, & per consequens esse de fide de alios Sanctos esse in coelis beatos.

Est blasphemia hereticalis tribuere creaturæ, quod est Dei proprium; vt si voces eam omnipotentē, aut si serio iures per falsos Deos, & per creaturas sistendo in ipsis, quia infallibilem veritatē Dei propriam, tribuis creaturis; non vero si irrisorie iuras per Iouem, aut Bacchū. Nō est blasphemia vocare Amasiam, Deam, aut idolum suum, quia verba ista hyperbolice dicuntur.

Est blasphemia hereticalis dicere, hoc facturum sum, velit, nolit ve Deus, seu ad respectū Dei; quia per talia verba minuitur Diuina potētia, quasi Deus impedire nequeat.

Item,

Item, est blasphemia hæreticalis dicere, non credo in Deum, nisi te occidam; quia facit hunc sensum: si ad occidendū te opus esset in Deum non credere, paratus sum id facere.

Blasphemus hæreticalis ex consuetudine, siue in ludo, & ira; siue extra, est de hæresi vehementer suspectus, & debet abiurare vehementem hæresis suspicionem, attenta vita, & conditione personæ; vt vero quis dicatur esse in tali consuetudine, requiruntur plures, quam tres reiterationes. Si non ex habitu, & consuetudine, tunc est de leui suspectus de hæresi.

Blasphemus hæreticalis non gaudet immunitate Ecclesiæ, & ita si ad eā confugiat, à Ministris Sancti officij extrahitur.

Blasphemus hæreticalis panitur priuative à Domino Inquisitore, corrigendus est tamen blasphemus, ante denuntiationē, & si resipuerit, non est denunciandus, vt seruetur ordo Evangelicus

de premissa correctione, quoties per  
eam speratur fructus, Si vero non sit hæ-  
reticalis, est mixti fori, daturque locus  
præventioni.

Si omnes blasphemix sint eiusdem spe-  
ciei? Aliqui affirmant: aliqui probabi-  
lius negant; nam per blasphemiam vio-  
latur latria in Deum; hyperdulia in Dei-  
param; in Sanctos dulia.

### DE TERTIO PRÆCEPTO

*sanctificandi dies festos.*

**T**Empus aliquod sanctificare, sive Di-  
vino cultui impendere, est præceptum  
naturale; determinatio vero temporis est  
ceremoniale designans diem sabbati: & in  
novo testamento revocatum, ac pro eo ab  
Ecclesia designatus dies Dominicus, &  
dies festi.

Modus ab Ecclesia præscriptus colen-  
di diem Dominicum, & diem festum, est,  
ut quedam opera illis diebus fiant, que-  
dam non: hæc prohibentur, illa præci-  
piuntur.

Pro.

Prohibentur omnia opera servilia; quæ versantur circa materiam externam, & mechanicam, & illiberalia sunt, vt suture, fabricare: vel requirunt tantum laborem corporis, vt ab operarijs tantum, & servis fieri soleant. Ad rationem operis servilis impertinens est, vtrum fiat ex lucro, an ex recreatione, sicuti quod fiat ex hac, vel illa intentione; item, quod fiat cum defatigatione laborum, siue non; siue breui, siue longo tempore; quia nihil horum mutat naturam operis servilis.

In dicto præcepto prohibentur alia opera non servilia, vt sunt opera forensia, nempe mercatus, placitum, iudiciũ ad mortem, vel pœnam, strepitus omnis iudicialis, id est actiones, quæ ad desitiones causarum tam civilium, quam criminalium tam secularium, quam Ecclesiasticarum expectant: sicque non licet die festo citare, adducere testes, id est exigere iuramentum iudiciale, proferre, aut exequi sententiam, quæ si fera,

LXX

tur irrita est: negociari publice, vel priuatim, inire contractus emptionis, locationis, permutationis &c. nisi ex cōsuetudine, vel alijs iustis causis excusentur.

In festo licet excommunicare, dispensare, iudicem priuatim informare, advocatum consulere &c. quia talia non requirunt strepitum iudicialē.

Causæ, ob quas opera prohibita licent, sunt plures.

Prima, Episcopi dispensatio. Secunda, consuetudo; nam sic licent nundinæ illæ in festis passim haberi solitæ, & præparaciones deliciarum non necessariarum: itē emptiones, & venditiones rerum parui momenti. Tertia, pietas in Deū, & sic licēt opera, quæ proxime expectāt ad cultū Dei, vt pulsare cāpanas, circūferre imagines, vel cruces.

Quarta, charitas erga proximū; & sic licent actus iudiciales pauperū, orphanorū, viduarū, & miserabiliū personarū, ne expensis grauentur; itē emere, & vendere rusticis.

Quin-



Quinta, necessitas propria, vel aliena corporis, vel animæ, si nimirum sine gravi incommodo, aut detrimento aliquid omitti non potest: sicque excusantur pauperes, qui se suosque alere non possunt, operantes privatim sine scandalo.

Sexta, utilitas ad communem lætitiã, vel splendorem; & sic licet in adventu, vel ortu Principis laborare, ut perficiatur theatra, ignes, vestes &c. quamvis melius sit in hoc casu veniam petere à Pastoribus.

Septima, parvitas operis, seu parvitas temporis; sic nõ est graue peccatum vna laborare hora, immo duabus, aut tribus. In forensibus autem, & iudicialibus materiæ quantitas ex qualitate operis, non ex quantitate temporis defumitur.

Opus, quod diebus festiuis præcipitur speciali præcepto obligate sub mortali, est audire Missã, hoc est, morali, & humana assistentia, sive præsentia ei interesse: obligat hoc præceptum omnes

bap;

baptizatos vltim rationis habentes.

Si satisfacit dicto præcepto, qui recitat horas canonicas, vel pœnitentiã in iunctam in confessione, in Missa? Aliqui affirmant: alij probabilius negant.

Satisfaciunt interuientes Missæ, si recedant allaturi necessaria, V. G. Vinũ, hostiam, thus, &c. quia cum hæc ordinentur ad officiũ, non cœsentur abesse.

Peccat mortaliter, qui non audit integrã Missam, si notabilis pars omittatur, V. G. media, uel tertia pars. Non satisfacit, qui sub Sacro dormit, pingit, docet, qui est post murum, aut aliã rem, tali loco vnde nihil audiri, videri, vel notari possit, quid faciat sacerdos. Non peccat mortaliter, qui à duobus sacerdotibus successive duas dimidias Missas audit; & est probabile, etiam si simul audiat.

Audiens Missam debet esse attentus saltem virtualiter, & in confuso, vt aliquo modo aduertat, quid fiat.

Missæ præceptum impletur quocũq;  
in

in loco, sive in Parochiali, aut Cathedrali, sive in regularium Ecclesia, sive in Oratorijs privatis, quia Ecclesia tantum auditionem Missæ præcipit.

Excusant ab auditione Missæ, primo, impotentia simpliciter, vel moraliter. Itē excusatio periculi gravis offensio- nis mariti, parentum, vel Dominorū.

Consuetudo patriæ, si talis sit, quod fœminæ egredi non soleant tēpore luctus, vel etiā post partū.

#### *DE QVARTO PRÆCEPTO HONORANDI Patres.*

**T**enetur filius honorare Patrem suū ex 4. Decalogi præcepto, & iure naturali, quibus nūquā reddere potest æquale; quia ab illis esse, & vitā accepit.

Honor parentibus a filijs debitus cōsistit præcipue in quatuor, scilicet amore, obedientia, subventionem, & reverentia.

Talis amor consistit in fuga odij, & ma-

mali, & desiderio, ac prosecutione boni; unde filij, qui mortem parentum, vt citius hæreditatem capiant, vel aliquod damnum notabile eis desiderant, mortifere peccant: & tenentur eam circumstantiam patris, vel matris in confessione aperire, quia non solum violant charitatem, sed etiam pietatem naturalem, & obseruantiam in parentes; sicut qui patrem occideret, non sufficeret dicere, se occidisse hominem. Oportet etiã, vt signis externis aliquando manifestetur amor; unde peccant mortaliter filij, si dure, & aspere loquantur parentibus, & toruo vultu eos diu aspiciant.

*Obedientia:* filius tenetur obedire parentibus, vt constat ex quarto præcepto, & ex multis locis Sacræ Scripturæ. Talis obedientia consistit in hoc, quod filius tenetur obedire patri præcipientialiquid in re gravi, ad bonum regimen domus, vel circa bonos illius mores, & animæ salutem; vt quod

O

dese-

deserat pravas amicitias, meretrices, ludos prohibitos, contractus illicitos &c.

*Subventione*: debet filius parentibus subvenire in necessitate tam spiritali, quam corporali, si possit; & hoc de iure naturali, & humano per regulam correlativorum; quia etiam in tali casu pater filio subvenire tenetur; unde graviter peccat filius, si nō curat, ut pater in mortis articulo Sacramenta suscipiat, aut impediat testamentum facere; vel ex negligentia diu differat debita patris defuncti persolvere, vel legata testamenti adimplere. Item, si pauperes sint, necessaria eis quoad victum, & vestitum non tribuat; si infirmi, non visitet, & eorum curationem non intendat; si in carcere, eorum liberationē non procuret. si enim ex iure nature tenetur homo benefacienti, quanto magis tenetur parentibus, à quibus post Deum filij maxima beneficia, scilicet esse, nutrimentum, & disciplinam susceperunt?

*Reve*

*Reverentia*: filij tenentur parentibus exhibere reverentiam actu interiori, & exteriori: interior reverentia consistit in recognitione superioritatis per timorem filialem: exterior vero in verbis, & signis, V. G. honorifice loquendo de parentibus, non detrahendo, assurgendo, caput inclinando, famulando, damna impediendo &c.

Vnde contra reverentiam paternam mortaliter peccat filius, qui parentes percutit manibus, pede, fuste, lapide, &c. etiam si percussio levis sit in ratione nocuementi: idem dic, si solum eleuet manum ad percutiendum, & si non percutiat; quia communi hominum estimatione gravis iniuria, & irreverentia in parentes reputatur.

Nomine parentum quantū ad cultum, & honorē eis debitum, intelliguntur primo, illi, qui carnaliter nos genuerūt: secundo, qui nobis aliqua cognatione coniuncti sunt, vt avi, proavi, abavi, tritavi, fratres, coniuges &c. Tertio, supe-

riores, & gubernatores respectu suorum subditorum. Quarto, Sacerdotes, & qui nobis curam gerunt, vt tutores, curatores, pędagogi, & magistri.

DE QVINTO PRÆCEPTO, NON occides.

**H**omicidium est hominis occisio: hec autem debet esse simpliciter voluntaria, directe, & expresse intenta ab agente, vt sit peccatum mortale.

Homicidium priuata autoritate commissum, potest aliquando non esse peccatum, vt est homicidium commissum ab inuaso, qui iniustum inuasorem occidit, cum moderamine inculpatae tutelæ, pro defensione sue vitæ, suorum mębro- rum, sui honoris in materia gravi, pudicitia, priorum bonorum magni momenti, ex quibus vita pendet: idem de protuitione vitæ proximi innocentis, aut eius bonorum, modo quo dictum est.

Tunc

Tunc servatur moderamen inculpatæ tutelæ, quando spectatis circumstantijs loci, temporis, & personarum, nullû aliud remediû superest ad curandû illud malum, quod iniustus aggressor infligere vult, nisi illum occidendo.

Invasus sic occidens non fit irregularis; nam pro primo casu, scilicet defensione propriæ vitæ, est textus expressus in Clementina, *si furiosus de homicidio*; pro alijs adest communis Doctorum sententia; quia propter privatam homicidium non est imposita irregularitas, nisi quando est peccatum.

Vir occidens laicum in scelere repperitum, aut Clericum cum vxore, matre, forore, vel filia propria, peccat mortaliter, *ex cap. inter has 33. q. 2.* tamen impunitus euadit à lege civili, & immunis ab excommunicatione Can. *si quis suauitate.*

Qui proditorie homicidium commisit, privatur immunitate Ecclesiæ, sicut

O 3

qui



qui pecunia, aut alio pretio accepto, vel promisso conducti, prævio mandato, occidunt hominem Christianum incautum, seu nil tale ab eis præcogitantem, & vocantur tales rei assessini; nec nõ qui, tradita pecunia, mandant aliquem per assessinos occidi.

Peccat mortaliter favens, & consilens homicidium; si favor, & consilium influant in effectum.

Non est licitum occidere semetipsum absque Divina auctoritate, quia est contra charitatem sui, & fit iniuria reipublicæ, & Deo, qui solus Dominus directus, & absolutus est humanæ vitæ. Nec licet Virgini ad servandam castitatẽ directe se occidere, licet tamen ei certo periculo mortis se exponere etiam pro sola integritate corporali, licet rationabiliter præsumeret se non consensuram, quia integritas talis magni fit.

Non licet se mutilare, nisi sit necessarium ad conservationẽ totius corporis; quia nemo est suorum membrorum absolute

Iute Dominus: hinc non licet se castrare ad conservandam castitatem, vel sedandas tentationes, quia non est mediū necessarium ad eum finem. Item, peccant parentes, qui filios etiam consentientes castrant, vt sint cantui vtilis.

Procurās abortum, qui sequatur post foetū animatū, est vere homicida, & incurrit excommunicationē Episcopo reservatam, nec non irregularitatem, quā (licet delictum sit occultū) non potest Episcopus dispensare. Si procurans abortum fecutum post foetū animatum Clericus sit, præter dictas pœnas incurrit privationem privilegij Clericalis, omnium dignitatum, officiorū, beneficiorum, & habilitatis ad illa; tradendusque est brachio seculari depositus, & degradatus, puniendus pena homicidarum.

Qui fuit causa abortus foetus vivi, ita tamen intempestivi, vt nullo modo longo tempore vivere possit, secuta morte, est vere homicida, & omnes abortus pœ-

nas incurrit: quia idem est, tam immaturè nasci, ut diu vivere non possit, ac non nasci vivum.

Qui post quadraginta dies à conceptu procuravit abortum, & opere est impletus, & dubitat, an foetus sit animatus, habendus est irregularis, quia est dubium facti homicidij, *cap. ad audientiam, cap. significasti, & cap. penultimode homicidio*. Et hoc est speciale in homicidij irregularitate, quia in alijs casibus, nec in dubio iuris, nec facti censendus est quis irregularis.

Non tamè incurrit alias pœnas, quia pœna ordinaria statuta delicto certo, non est imponenda delicto dubio, sed extraordinaria iudicis arbitrio pro dubij qualitate. Non desunt Doctores, qui oppositum probabiliter tenet, & explicant capita prædicta de dubio homicidij; non tamen de dubio, si foetus sit animatus, & vivus, vel non. Clarius: prædicta capitula intelliguntur, si cum certitudine homicidij stat dubium, si occiderit quis,

quis, vel non occiderit; non tamen si dubitatur, si sit homicidium, vel non.

Qui procuravit abortum, sed dubitat de effectu subsequuto, non est irregularis.

Non licet procurare abortum fœtus inanimati ad tuendam vitã, vel honorem puellę prægnantis, etiam nobilis, vel monialis: quia non sunt facienda mala, vnde veniant bona.

Peccat impediens generationem, quæ nata est sequi ex copula; quia est contra naturam, & ideo intrinsece malum.

Licet consulere abortum mulieri gravide paratæ se occidere ad vitandam infamiam, si aliter non possit à tali voluntate averti; quia ex duobus malis, minus malum est eligendum.

Duellum est duorum, vel plurium certamen, quod ex condicto, vno indicente, & altero acceptante, suscipitur, ita vt id nõ sit vitã defendere, sed exponere periculo, & cõmuniter est peccatũ mortale.

Non licet duellum ad indagandã veritatem, vel iustitiã, vel purgationem

cri-

criminis obiecti, aut litem terminandā, quia est mediū fallax, immo superstitioſam ad eum finem: neque ob inimicitias, aut iniuriam vindicandam, ob ſolam offentationem virium, nec ad evitandam ignominiam, quia apud bonos, & prudentes honorem non perdet.

— Aliquando licet offerre, vel acceptare duellum ad conſervandam eſtimationem exercitus apud hoſtes, eos debilitando, vel ad terminandum bellum cū minori damno.

Item licet acceptare duellum, ſi quis alias te occiſurus concedat arma, vt ſic fortunam experiaris; quia eſt tantū deſenſio, poſito, quod aliter non poſſis eua dere. Similiter, ſi Iudex duos ad mortem damnatos vellet duello congregari, quia alter alterius eſſet conſtitutus miniſter iuſtitie.

— Vt bellum offenſivum ſit licitum, tres requiruntur conditiones: prima, vt geratur autoritate Principis. Secunda, vt adſit iuſta cauſa, eaque gravis, V. G. neceſ-

necessitas boni communis, & quietis cō-  
servandæ, recuperatio iniuste abla-  
torum, coertio rebellium, defensio in-  
nocentium. Tertia, vt fiat ex recta intē-  
tione, hoc est, non ex odio, sed ex amore  
boni communis; si hæc sola desit non est  
obligatio restitutionis.

Si quis iustum bellū gerat; non potest  
alter licite se defendere; quia circa eam-  
dem rem non possunt duo habere con-  
traria iura.

Rex antequam bellum incipiat tene-  
tur omni diligentia curare, vt certus sit  
de eius iustitia, & gravi causa, quibus  
perspectis, debet ea proponere parti ad-  
versæ: quæ si offerat competentem sa-  
tisfactionem, non debet bellū inchoari.

Tenentur etiam aliquando Principes  
Catholici abstinere à bello etiā iusto, si  
inde sit oriturum scandalum, & spiritua-  
lis ruina multorū, aut Ecclesiæ detrimē-  
tum. Licet in bello iusto advocare infi-  
deles in auxiliū per se loquendo; per ac-  
cidens tamen plerumque non licet ra-  
tione

220 *Promptuarium morale.*  
tione scandali, vel periculi in fide, ne  
subditi pervertantur, sacra profanentur  
&c.

*DE SEXTO PRÆCEPTO, NON MÆ-  
chaberis, & nono, non concupisces.*

**C**oniunguntur hæc duo præcepta,  
quia utrūque idem explicite, vel im-  
plicitè prohibet, scilicet peccata im-  
pudicitiae, & luxuriæ.

Luxuriosa est inordinatus appetitus,  
vel usus delectationis, seu sensus vene-  
rei, qui fit cum commotione spiri-  
tuum generationi servientium circa  
partes corporis venereas.

Peccata luxuriæ alia sunt imperfec-  
ta, & non consumata, in quibus non  
intervenit ultimus terminus venereo-  
rum, qui est decisio seminis, V. G. ac-  
tas interni desideriorum & delecta-  
tionum morosarum, qui speciem sum-  
munt ab objecto.

Alia

Alia perfecta, ac consummata, quæ terminum iam dictum habent adiunctum. Ista iterum dividuntur in naturalia, quæ naturæ non repugnant, nec specie differunt in ratione luxuriæ (& si ratione circumstantiæ specie differant) V. G. simplex fornicatio, adulteriû, incestus &c. & innaturalia, seu contra naturâ, in quibus conditiones à natura institutæ non servantur, V. G. identitas speciei, vas debitû &c; & talia in ratione luxuriæ specie differunt secundum varios modos, quibus committuntur, naturæ repugnant.

Peccata luxuriæ consummata, & naturalia habet sex species. Prima est, fornicatio, quæ est cõcubitus soluti cû soluta (hoc est quæ sit libera à voto, matrimonio, religione) ex mutuo consensu; ad hanc speciem reducitur concubinatus, si ambo sint soluti, qui est fornicatio continuata, ad quam continuationem non sufficit vnus, aut alter actus; cõcubinarius ergo dicitur, qui habet copulâ cum  
fœ-



fœminā soluta, tenendo eam ac si esset vxor: est graue peccatum, & periculosum; quia semper manet in statu peccati mortalis, & in proposito saltem virtuali peccandi; & ideo non est absolvendus, nisi concubinam ei jciat.

Secunda, stuprum, hoc est, defloratio virginis, ipsa invita, quia si consentiat, erit tantum simplex fornicatio, nec circumstantia virginitatis in confessione aperienda est secundum aliquos.

Tertia, raptus, cum scilicet persona aliqua siue masculus, siue fœmina, siue nupta, siue innupta libidinis causa abducitur, illata vi siue abducte, siue ijs, quorum potestati subest; si quæ tamen sponte discedat cum Amasio, inscijs parentibus; non erit proprie raptus, sed fuga.

Quarta, adulterium, cum scilicet vterque, vel alteruter coeuntium est cōiunctus matrimonio, etiam si adulterantis coniux sit contentus; tunc enim licet illi non fiat iniuria, fit tamen ipsi statui, Sacramento, & huic præcepto. Si fœmi-

na

*De sexto, & nono preceptis Decalogi.* 23  
 na adulterans sit coniugata, est gravius,  
 quam si vir, propter graviora incommo-  
 da, V. G. damnum veri hæredis, pro-  
 lis incertitudinem; si vero vterque sit  
 coniugatus, adhuc gravius est propter  
 duplicem iniuriam in vtriusque coniu-  
 gem in confessione exprimendam.

Quinta, incestus, cum cognata cogna-  
 tione sanguinis vsque ad quartum gra-  
 dum: affinitatis vsque ad secundum gra-  
 dum inclusive, ex copula illicita; vsque  
 ad quartum gradum inclusive ex copula  
 licita: cognationis legalis inter adoptā-  
 tem, & adoptatum, & eius descenden-  
 tes vsque ad quartum gradum, & inter  
 uxorem adoptati, & adoptantem: & de-  
 nique inter filios, aut filias adoptantis,  
 & adoptatum: cognationis spiritualis  
 baptizantis, vel confirmantis cum bap-  
 tizata, vel confirmata, & matre baptizati,  
 vel confirmati. Ad hanc speciem revoca-  
 tur fornicatio cum filia spirituali, licet  
 proprie non sit cognatio spiritualis;  
 quam circumstantiam in confessione ex

224 De sexto, & nono præceptis Decalogi.  
primendam esse, tenent gravissimi doctores, sicut & gradum consanguinitatis, vel affinitatis.

Sexta, sacrilegium, hoc est, violatio rei sacræ per actum venereum, ut sunt locus, & persona: unde sacrilegium est omnis actus luxuriosus exterior, qualis etiam est pollutio, & probabiliter etiã tactus impudici in loco sacro, hoc est, templo, vel cœmeterio, nisi fiat à coniugibus ex necessitate, V. G. ad vitandam incontinentiam.

Est sacrilegium omnis actus luxuriosus tam interior, quam exterior in persona, vel cum persona voto castitatis consecrata; & est probabile non opus esse exprimere, si votum solemne, aut simplex fuerit; neque si duplici titulo sit persona sacrata, V. G. quia Sacerdos, & Religiosus; quia moraliter est vna numero malitia.

Species luxuriæ consumatæ contra naturam sunt sex: prima, congressus inordinatus, hoc est innaturalis, siue indebitus

*De sexto, & nono præceptis Decalogi. 225*  
bitus concubendi modus ; cum scilicet  
servatur quidem idètitas speciei, diver-  
sitas sexus, debita naturæ organa; sed in  
ordinato tantummodo acceditur; quod  
si sit periculum impediendæ generatio-  
nis, vel effundendi seminis, est peccatum  
mortale; non vero si talia absint pericu-  
la.

Secūda, mollities, siue pollutio; cum  
absque congressu, seu copula, volunta-  
rie procuratur fluxus seminis ; & hoc  
peccatum præter propriam malitiam, sæ-  
pe aliam habet adiunctam propter desi-  
deratum congressum alicuius personæ  
liberæ, coniugatæ &c.

Tertia, sodomia imperfecta, & est cō-  
gressus cum debito quidem sexu, maris  
nempe cum fœmina; sed extra vas natū-  
rale: & potest præter propriam, aliam  
habere malitiam, V. G. adulterij; si fiat  
cum coniugata; incestus, si cum consan-  
guinea.

Quarta, sodomia perfecta, & est con-  
gressus duorum eiusdem sexus, vt maris

P

cum

cum mare; vel fœmina, cum fœmina, & potest præter propriam, aliam habere malitiam V. G. incestus.

Quinta, bestialitas, quæ est gravissimum inter omnia, & est congressus, in quo nõ servatur identitas speciei, V. G. si homo coeat cum bestia; neque opus est explicare, cuius speciei fuerit, quia est differentia tantum materialis. Ad hanc speciem reducitur congressus cum Dæmone succubo, vel incubo; cui peccato semper additur malitia contra religionem.

Oscula, amplexus, aspectus, tactus, & similia, si extra matrimonium fiant, sunt peccaminosa, si ex intentione actus luxuriosi, vel ob delectationem veneream, & si imperfectam fiant, quia extra matrimonium eo animo facta sunt impudica: tales actus sunt eiusdem naturæ cum perfectis, siue consumatis; ideo in confessione explicandæ sunt circumstantiæ.

Verba turpia, lectio obscenorum, expectatio comediarum turpium, cantio-

nes

*De sexto, & nono præceptis Decalogi. 227*  
nes inhonestæ, gestus, litteræ, & dona  
amatoria, si fiant ex curiositate, vel va-  
no solatio, non sunt peccata mortalia; si  
tamen fiant animo inhonesto, sive vene-  
reo, vel cum periculo ruinæ spiritualis  
sui, vel aliorum, sunt peccata mortalia.

Coniugibus licent tactus, aspectus  
&c. si referantur ad copulam; si autem  
alio fine, V. G. voluptatis causa, sunt pec-  
cata venialia, nisi adsit periculum pbl-  
lutionis.

Sponsis non licent tactus si sint impu-  
dici; pudici vero in partibus honestis li-  
cent, si ex ijs tantum intendant delecta-  
tionem sensitivam; secus, si veneream.

### *DE SEPTIMO PRÆCEPTO, NON furtum facies.*

**F**urtum est occulta, & iniusta rei aliend  
ablatio, invito rationabiliter Domino. Si  
res, quæ auferitur, sit res sacra, vel de lo-  
co sacro, dicitur sacrilegium; si fiat cum  
violentia, dicitur rapina à furto specie

P 2

dis.

distincta; & licet furtum, cæteris paribus, leuius sit, quam rapina; & ex genere suo minimū inter ea, quæ circa proximum committuntur, est tamen mortale, si quantitas sit notabilis.

In assignanda quantitate notabili requisita ad mortale peccatum, variant Doctores. Navatrus nimis scrupulosus statuit medium regalem; alij nimis laxè decem aureos; alij moderatius duos regales, & si minus sufficiat, si notabiliter noceat.

Certum est, quod notabilitas materiæ moraliter metienda est non tantum ex valore rei ablatae, sed etiam ex circumstantia personæ propter damnum ei illatum, aut saltem propter gravem læsionem charitatis christianæ: quo modo respectu valde divitis, vnus, vel alter aureus; notabile quid videtur; respectu mediocriter divitum, quatuor circiter regales; respectu mechanicorum, duo; respectu pauperis, vnus.

Hinc

Hinc acum à sartore auferre, quam unicum habebat, nec habere aliam poterat, quæ se alebat, grave peccatum est; similiter, si fur sciat ex iactura rei parvæ Domino secururam valde magnam molestiam, grave peccatum est.

Qui multa minuta furta committit, si ex occasione tantum furatur siue vni, siue pluribus, non intendens notabile aliquid acquirere, nec proximo graviter nocere, singulis furtis non peccat graviter, neque ea simul sumpta vnum mortale constituunt; postquam tamen ad quantitatem notabilem pervenit, eam detinendo, & non restituendo, mortaliter peccat.

Si autem per plura parva furta vni, vel pluribus facta habeat intentionem inferendi grave damnum, peccat graviter ea intentione; & licet executio singulorum sit tantum venialis, ut tamen subsistat tali intentioni, est continuata executio peccati mortalis.

Si plures simul, vel successive plura fur-



ta parva alicui faciant, quæ simul sumpta graviter illi noceant; si alter de altero non sciat, nullus peccat graviter; si autem singuli conspirarent, singuli graviter peccarent; si denique de se mutuo sciât, nullus tamen alteri sit causa furti, probabilius est non esse mortale.

Si vxor notabilem quantitatem accipiat invito marito etiã ex dote, vel bonis communibus, peccat graviter, quia licet media pars ad eam expectet; maritus tamen habet usufructum illius partis, ideoque tenetur ad restitutionem.

Similiter peccaret graviter maritus contra iustitiam cum obligatione restituendi, si aliquid notabile vxori surriperet ex bonis ipsius paraphernalibus, vel alijs proprijs; siquidem libera eorũ administratio ipsimet vxori cõvenit, quia quoad bona propria par est ratio mariti, & vxoris.

Potest vxor dare eleemosinã, & munera secundũ consuetudinem aliarũ mulierum istius loci, marito prohibente; quia

con-

consuetudo hoc ius ei tribuit, quo maritus eam privare non potest.

Si pater, mater, vel proles ex alio marito sit pauper, ita ut misere viuat secundum suum statum, & maritus nolit succurrere, potest vxor ex bonis suis proprijs, vel etiam ex communibus (dummodo post mortem viri omnia computet in sua parte) ei subvenire, quia iure naturæ tenentur eos alere.

Peccat filius graviter, si, inuitis Parentibus, notabilem summam accipiat; non tamen erit notabilis quantitas, si filius Patri prædiviti duos, vel tres, immo, secundum aliquos, quinque, vel sex aureos futetur; eo quod Pater sit minus inuitus, & filius sit aliquid patris; unde non tenebitur ad restitutionem, nisi forte coheredibus graviter noceat.

Si filius mercatoris, vel cauponis administrat bona parentis, potest a Patre exigere salarium, quantum dare deberet extraneo; & si id impetrare non possit, vel exigere non audeat, potest clam accipere.

Quomodo restituendum est furtum domesticum? Respondetur, quod vxor tenetur restituere ex paraphernalibus, quæ sunt bona, quæ mulier præter dotem marito allatam sibi reservavit; filius ex castrensibus, vel quasi, vel si ea non habeat, post mortem patris in divisione hereditatis tale ablatum diminuerè, (si quantitas rei ablatæ sit valde magna, nec pater restitutionem tacite, vel expresse dimiserit;) famuli vero, si sine magna difficultate restituere non possint, iubeantur compensare officijs, & obsequijs extraordinarijs, quantum possint.

### DE RESTITUTIONE.

**R**estitutio est actus iustitiæ communitati ad salutem necessarius necessitate præcepti, quo restituitur acceptum, iniuste acceptum, & iniuste actum; sicque restitutionis radix est acceptio per mutuum, vel accommodatum, precarium, & depositum: iniusta acceptio per furtum: iniusta actio per damnum.

Inj

Iniusta acceptio duplex est; vna materialis, cū quis rem alienam accipit, vel retinet bona fide, probabiliter iudicans esse suam. Alia formalis, qua quis rē alienā accipit, vel retinet mala fide, cū sciat, vel scire possit, ac debeat rē non esse suā.

Qui bona fide aliquid possidet, ne incipiat esse possessor male fidei, & detentor alienæ, statim ac cognovit, rē nō esse suam, tenetur restituere, quod ex ea re ipsi superest vnā cū eius fructibus, si extant, vel quatenus inde factus est ditior. Si possessor fidei bonæ, adhibita diligentia, inclinatur in eam partem, quod respondet sua, si tenetur aliquid restituere iuxta inclinationem? Aliqui affirmant; alij putant ad nihil teneri, quia possessio præponderat contrarijs rationibus non convincentibus.

Si bona fide rem vendidisti tibi donatam, teneris restituere id, quod factus es locupletior; quod si apud alterū res sit, is reddere tenetur. Si bona fide re ipse emissit, & vendidisti absq; lucro, nihil teneris restituere, sed solū is, apud quem res est.

Si

Si rem alienam bona fide donasti, non donaturus aliã, si hanc non habuisses, ad nil teneris, quia non est factus ditior; se-  
cus, si aliam donaturus fuisses; quia tunc parcendo tuæ, factus es ditior.

Si aliena re lucratus es tamquam ins-  
trumento, V. G. frumentũ alienum aliõ  
deportatum vendidisti, vel pecuniã alie-  
nam negotiationi exposuisti, non tene-  
ris lucrum restituere, quia non est fructus  
rei alienæ, sed tuę mere industrie. Si ve-  
ro sint fructus mere naturales, qui vix  
vllto hominum labore egent, vt foetus  
animaliũ, arborũ, herbæ, & gramina; si-  
ve sint simul industriales, ad quos æque,  
aut magis hominum labor cum naturã  
concurrit, V. G. segetes, & quæ ferendo  
gignuntur, & pretia locationis domorũ,  
iumentorum, qui fructus dicuntur civi-  
les; si sint percepti, & extantes, Domi-  
no restitui debent, deductis tamen ex-  
pensis proprijs, & æstimatione laboris;  
si tamẽ fructus isti reales bona fide pos-  
sessori fuerint tempore à lege præscripto

ad

ad vsucapiendum, non sunt restituendi, quia vsucapio transfert dominium.

Si bona fide rem alienam, V. G. equum emisti ab altero V. G. Petro, & vendidisti V. G. Paulo, & postea cognoscatur esse Ioannis, istoque repetente à Paulo, Paulus petat pretium à te, si ad id teneris? Respondetur esse probabile, non teneri te Paulo id reddere, sed sufficere, si tuam actionem, quam habes in Petrum, Paulo cedas. Alij rectius docent, teneri te, exigente Paulo, contractum rescindere, & pretium restituere, quia vendidisti rem vitiosam, & quia teneris de evectioe emptori, neque eum potes remittere ad illum, cum quo nil habet negotij.

Damnicator, aut possessor malæ fidei tenetur non tantum restituere rem ablatam, & fructus perceptos (exceptis suis expensis, & industria) sed etiam resarcire damnum emergens, & lucrum cessans; cum verè sit iniusta causa talium damnorum.

Ref-

Res aliena, dum iniuste retinetur, si crescat, aut pretium eius augeatur, crescit Domino, ac proinde id ei præstare debet.

Si vero pereat, aut deterior fiat; & certum sit apud Dominum xque peritura fuisse, non tenetur ei restituere, quia nil novi detrimenti accidit; si vero non fuisset peritura apud Dominum, & si sine sua culpa res perierit, tenetur restituere; si vero cum ipsius culpa, etiam si Domino relicta, fuisset peritura, nihilominus tenetur pro ea Domino satisfacere.

Si à fure accepisti, siue bona, siue mala fide rem vsu consumptibilem, V. G. vinum, oleum, triticum parmixtum cum proprijs ipsius furis rebus, ita ut discerni non possit, non teneris ad restitutionem, si fur possit restituere; quia per commixtionem istius rei cum propria, fur acquisivit eius dominium, atque adeo potuit transferre.

Si damnificatus habet ius in re, in qua damnum est passus, restitutio est ei facienda in solidum. Si vero tantum habeat ius

ad

ad rem, restitutio facienda est pro quantitate iuris, consideratis circumstantijs.

¶ Si peccat mortaliter, qui vestigalia fraudat? Quidam affirmant, quod tenetur ad restitutionem; alij probabiliter negant, eo quod consuetudo interpretetur, non esse mentem legislatorum ad aliud obligare, quam ad penam.

Si fingens se pauperem extorqueat eleemosinam, si parva fuit, qualis ostiatim mendicantibus datur, non tenetur restituere; se eius si magna fuerit, quia sub intelligitur conditio hæc, *si pauperes*; & sic restituenda danti, vel pauperibus.

Omnes illi, qui quoquo modo sunt causa influens, & efficax damni secuti, ac qui ex officio, & ex obligatione iustitiæ sunt obligati damnum cavere, & non caverunt, tenetur ad restitutionem, comprehensi sequentibus versibus:

*Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,*

*Participans, mutus, non obstant, non manifestans.*

*Man.*



*Mandans*, siue expresse mandet, siue tacite, dicto nimirum, vel facto, ex quo V.G. famulus colligat herò gratum fore, si faciat. Non autem tenetur restituere, qui ratum tantum habet opus suo nomine factum; sicut nec mandans, si ante executionem mandatū retractet; idque mandatario innotescat, quia tunc nō est vera causa.

*Consulens*, precibus, aut promissionibus ad damnificationem inducens; quod si ante executionem consilium suum retractet, & quantum potest contrarium suadeat, & si non persuadeat, probabile est excusari à restitutione; maxime, si eū, cui damnū paratur, moneat, vt caveat.

*Consensus*, idest, qui suo consensu, calculo, vel suffragio est causa efficax dāni.

*Palpo*, vt qui laude, adulatione, vel exprobratione ignaviæ, aliterve ad dānum inferendum excitat, animat.

*Recurfus*, idest qui præbet recursum inferenti damnū, illum receptādo, illius furta aut instrumenta occultando, vel

vel ea emendo, custodiendo: tenetur restituere Domino, non manifesto furi.

*Participans* de præda, aut quoquo modo cooperans, vt agens excubias, applicans scalas, parans instrumenta, conficiens litteras.

*Mutus*, non clamans: non obftans, nõ manifestans, quando ex aliquo pacto, vel officio, vel stipendio, tenetur ex iustitia damnum cavere.

Supradicti non tenentur ad restitutionem, quando nõ fuerunt causa efficax damni; nec si non sint moraliter certi, eorum mandatum, consilium &c. efficaciter influxisse; nec si non influxerunt in substantiam actus, sed in circumstantias, & modum actus damnosi; nec qui deliberate volenti inferre magnum damnum, suadeat, vt minus eidem inferat.

Nec Parochus tenetur ad restitutionem, si ex ignorantia invincibili poenitentem non moneat, aut obliget ad restitutionem, secus tamen, si positive restitutionem impediat ex malitia; immo etiam ex ignorantia-

norantia crassa, vel culpa lata; quia tunc consilio suo est causa efficax damni.

Plures absque consensu, quisque per se seorsim, & casu concurrentes ad damnum, non tenentur singuli in solidum restituere, sed tantum quod quisque per se damnum intulit; si vero cum consensu, & se invicem iuvantes id fecerint, singuli in solidum tenentur restituere totum damnum; quia singuli sunt causa totius damni; cum unus luuet alterum, & procedant ex confidentia, quam quilibet habet in auxilio aliorum; unde, si unus eorum restitutionem fecerit, potest à reliquis nimirum à principali totum; aut si is nolit, à reliquis porro pro rata singulorum repetere.

Si actio damnificans fuit lucrativa, & apud aliquem ex cooperatoribus res ablata adhuc existat, tenetur restituere is primo loco ipsam, vel æquivalens: quod si ille non faciat, tenentur reliqui; si vero non fuit lucrativa, & perijt res, & destructa est, tenetur primo restituere, qui

man-

mandavit, cum sit causa primaria; quod si is non sit facturus, quia non vult, vel quia non potest, tenentur reliqui.

Si damnum passus condonet restitutionem principali damnificanti, liberabuntur min<sup>9</sup> principales à restitutione, non vero è contra, quia ruente principali, ruit accessorium, non autem vice versa.

Tenetur restituere, qui alium impedivit à consecutione alicuius boni, si tale bonum est debitum ex iustitia; si vero tale bonum est conferendum ex libera voluntate, & non intervenit vis, fraus, & calumnia, non tenetur; si vero impedit per vim, fraudem, vel calumniam, tenetur ad compensationem damni arbitrio viri prudentis.

Quando bona restituenda sunt incerta, cum ignoratur, cui debeantur, & ea habeat sine delicto, ut si invenisti, vel à mercatore per errorem accepisti duas vlnas panni pro vna; & iam is discedit, nec scis, quo abierit; & facta debita diligentia non est spes sciendi Domi-

num,

num, probabile est, quod non teneris ea dare pauperibus, sed potius tibi retinere: licet contrarium sit magis pium, ac practice suadendum; si vero ea hab eas ex delicto, teneris ea restituere pauperibus, Ecclesiæ, vel hospitali; quia tunc debet fieri restitutio meliori modo, quo potest.

Qui multis minutis furtis, V. G. olei, vini, damnum intulit multis civibus, ipsis est restituendum, minori deinceps vendendo, aut maiori mensura, donec veniatur ad æqualitatem; alij probabile putant, quod possit restitui pauperibus eiusdem civitatis.

Quando bona sunt certa, facienda est restitutio possessori iusto, à quo accepta sunt, vel cui damnum illatum est, & si is non sit immediate Dominus: unde, quod acceptum est à Depositario, Commodatario, Custode, Administratore, debet ipsis restitui, quia alioquin ipsis fieret iniuria, iure possessionis, detentionis, custodiæ, aut utilitatis eos spoliando;

hoc

hoc tamen intelligendum est cum aliqua limitatione, vt si restitutio Domino facta foret sine illorū damno; nec probabiliter putari possit cedere in iniuriam Domini, si restitutio illis fiat.

Si ignorato Domino, cui restituendum erat, fuit facta pauperibus restitutio; postea comparenti Domino, si præmissa fuerit sufficiens diligentia, satisfecit restituens; secus vero, si præmissa non fuerit.

Si Dominus scitur, sed ei mitti non potest sine sumptibus, si res male sit accepta, expensis restituentis mitti debet; si vero bene, & bona fide, sumptibus Domini; si item nullo modo potest mitti, expectandum est tempus, & si adhuc non sit spes, reputatur debitum incertum.

Si a fure, vel alio malo veditore, quis emit, siue mala, siue bona fide rem furivam, restituenda est Domino, non furi; licet aliqui probabiliter censeant posse reddi furi, vt ab eo Dominus pretium suum recuperet, quia non constituit rem

Q2

pe:

peiori loco, & quam ante fuerat.

Theſauri, & alia inventa, quæ habentur pro delictis, si oblitus domini fiat, iure naturali, ægentium sunt primo occupantis; potest tamen per consuetudinem, & leges aliter ordinari; quod servandum est.

Qui in extrema necessitate constitutus consumpsit, quod antea in eadem necessitate acceperat, non tenetur restituere: quia nec ratione rei acceptæ, cum ea nec in se, nec in pretio existit; nec ratione acceptionis, cum iure tantum consumpsit; nec ratione contractus, cum hic non obliget, nisi præeunte tua culpa; immo probabiliter nec id, quod ante illam necessitatem erat furatus, & in ea consumpsit, quia furtum illi non ademit ius, quod ad rem in tali casu habebat.

Iniustus occisor, & mutilator restituere debet damna bonorum fortunæ, quæ ex tali occisione, & mutilatione directe ab eo causata sunt, iuxta prudentis arbitrium; pro vita vero, vel membro nil

tene-

tenetur restituere secundum rigorem, cum sint bona altioris ordinis, quæ pecunia altimari non possunt, & per sententiam tamen iudicis cogitur iniuriis satisfacere pro iniuria, & consulerem confessarios, ut pro his iniungant elemosinas, & Missas pro salute occisi.

Si vero occisus, vel mutilatus fuerit ferus, vel animal, tunc pro vita, & membris facienda est restitutio, quia horum vita pretio æstimatur. Pro expensis funeris nihil restituitur, quia aliquando terant faciende, nisi forte in occasione maiores fieri oportuerit.

Restitui debent impense factæ in curatione, & medicamento vulnerati, vel occisi, non re solvenda, quæ ex occisione, & mutilatione, & membrum vulneratione cessarunt, & etiam si homicida à iudice plegetur, cum morte tantum satisfaciat, & tributis publicis, & non hæreditibus occisi.

Facienda est restitutio pro occisione, vel

Q3

muti-



mutilatione parentibus interfecti, vel  
mutilati, filijs, & vxori; quia ij soli di-  
recte læduntur; cū moraliter censeantur  
vna persona cum occiso, vel mutilato.

Si quis ebrius occidit alium, non te-  
netur ad restitutionem, si ebrietas non  
fuit culpabilis, & voluntaria: vel licet  
talis fuerit, homicidium non prævidit:  
vel si prævidit, diligentiam debitam ad-  
hibuit ad cavendum; secus, si prævidit,  
& non cavet.

Qui virginem per iniuriam defloravit,  
tenetur rependere damnum, quod ei  
ex tali iniuria est secutum; idque vel ma-  
trimonio, vel damni affirmatione ad ar-  
bitrium prudentis, vtrudō maritum inve-  
niat, quale manens virginem esset.

Pro sola virginitate non obligat res-  
titutio, vnde si stuprum iniuriam clam, aut  
non impedivit, quin equo nuberet, ad nil  
tenetur stuprator; sicut si defloravit cō-  
sentiētē abque vi, fraude, vel promif-  
sione matrimonij; quia ei non est facta  
iniuria; neque si virginem importunis

precibus flexit, quia adhuc libere consentit, nisi forte preces tales fuerint, ut vi, & coactioni æquiparentur.

Si per promissionem veram, vel si a matrimonio eam flexit, tenetur eam ducere; quia in omni contractu, ubi alter ex parte sua acceptavit, & implevit, tenetur & alter implere, etiam si fecte contraxerit, quia tenebatur ex iustitia vere contrahere; alioquin omnia humana commercia fraudibus paterent.

Excusatur fictus promissor, si puellam valdè notabiliter conditione excederet; vel verbis usus esset fictionem facile indicantibus. Secundò, si conscia fuisset voti solemnitis in promittente. Tertio, si promittens putavit esse virginem, cum tamen non esset. Quarto, si ex matrimonio grave damnum, aut scandalum timeretur.

Adultera non tenetur prodere, quod proles eius spuria sit, quia viro suo restitiam, & sui odium, & discordias domesticas crearet, famam suam prodigeret.

Q4

quibus

quibus damna fortunæ merito cedunt; nec proles matri tenetur credere. Quid ergo facere debet, vt damnum compenset? Diligentius administrare rem familiarem; de cultu corporis detrahere. Si habet bona propria, plus legitimis, quàm spurio relinquendo; cum inducendo, vt relicta hæreditate, vel eius parte amplectatur statum Ecclesiasticum, vel religiosum, si idoneus sit.

Adulter spurij pater potest sæpe excusari, vel in toto, vel in parte, vel quia damnum ab adultera compensatum fuit, vel compensandum creditur; vel quia restitutio non potest fieri sine periculo vite, dispendio fame, turbatione, & discordijs familiarum; vel quia non est certus filium esse suum.

Pro infamia restituitur fama: quæ, si non potest restitui, non teneris pecunia, & bonis fortunæ restituere, nisi per sententiam à iudice cogaris sic satisfacere.

Si quis alterum induxit ad peccatum suassione, vel exemplo, tenetur ex charitate,

tate, quoad potest, cum revocare ad meliorem statum: si autem induxit fraude, dolo, iniusto metu, tenetur ad id ex iustitia, quia quisque habet ius, ne iniuste lædatur in bonis spiritualibus.

Si quis aliquem Novitium abduxit ab ingressu religionis, tenetur ei rursus suadere ingressum ex charitate: si sine vi, & fraude id fecerit, graviter tamen peccaret; non tamen ex iustitia, etiam si vi, & fraude id fecerit, quia religio nullum adhuc in eum ius adquisierat.

Si vero religiosum ad apostatiam induxerit suasionem, aliave cooperatione, obligatur ex iustitia religioni ad restitutionem, non quidem, ut ipse (quod aliqui volunt) loco alterius ingrediatur; sed ut suadeat alteri, quoad potest, reditum; & compenset Monasterio commoda, quæ ex hæreditate, bonis, vel industria alterius expectabantur.

Si quis veneno, philtro, aliove modo alteri destruxit memoriam, rationem, tenetur restituere lucrum cessans & dam-

damnum inde secutum in bonis fortune.

Restitutio debet fieri quam primum potest, & eo modo, ac loco, quo ius, & interesse damnificati requirit, & commodè ac moraliter fieri potest.

Hinc, qui non potest commodè restituere apertè, faciat clam; & qui non potest per se, faciat per aliam personam interpositam, V. G. Confessarium.

Possessor malæ fidei V. G. fur, debet suis sumptibus ad eum locum rem deferre, ubi alter habiturus fuisset, si nõ fuisset ablata, destructa, vel inique detenta; deductis tamen expensis, quas alter eam servando, vel deferendo debuisset facere: limita, nisi transferendo deberet fur plus impendere, quam res valet; tunc enim ex præsumptione Domini possessor restituere pauperibus, vel in usus pios impendere. Possessor tamè bonæ fidei satisfacit, si restituat in loco, & tempore de quo inter partes convētum fuit expresse, vel tacite.

Si quis potest quam primum restituere

re

re totum, ad id tenetur; si tamen alter di-  
latione nō pateretur vltterius damnum,  
aut non esset notalibe, non facile arguen-  
dus esset gravis peccati is, qui cum pro-  
posito satisfaciendi differret solutionē,  
aut paulatim per partes solveret.

Qui scit se teneri ad restitutionem, &  
cum possit in vita differre restitutionem  
ad mortem, vel post mortē per heredes,  
non debet absolui, quia semper est in ac-  
tualī peccato, & impenitens.

Quando debitor omnibus solvere po-  
test, non est opus ordinem servare; quan-  
do veronon habet, quo omnibus solvere  
possit, aut heredibus reliquit solutio-  
nem, sequentes regulæ sunt servandæ.

Si debitor rem alterius apud se habet,  
quocumque titulo habeat, debet prius  
eam restituere Domino suo, vel eo defi-  
ciente, pauperibus. similiter si res emp-  
ta ad creditum, pretio non soluto, adhuc  
extet.

Si restitutio est facienda ratione in-  
iustæ actionis, prius restitui debet cer-

ta,

ta, hoc est, quorum Dominus cognoscuntur, quam incerta; quia illa iure naturæ debentur suis Dominis, hæc autem iure solo positivo pauperibus.

Prius facienda est restitutio debitorum licite contractorum, quam usurarum; cum in his dominus non fuerit, simpliciter inuitus.

Debita ex titulo oneroso prius solvenda sunt, quam quæ debentur ex gratuito, V. G. ex promissione; quia hæc includunt tacitam conditionem, nisi quid absit; hinc debita defuncti solvenda sunt ante omnia legata, etiam pia.

In reliquis debitis servandum est ius particulare loci, si tale sit, & non repugnet iuri naturæ; si tamen nullum sit, sequendum est ius commune, secundum quod primo solvenda sunt debita, ad quæ bona debitorum expresse fuerunt obligata: secundo extrahenda est dos uxoris: tertio, debita ad quæ bona debitorum sunt tacite hypothecata: quarto, deposita, perdita in potestate debitorum: quinto,

quinto, debita privilegiatorum : vltimo, debita aliorum creditorum : post quos omnes sunt ij, à quibus vfuræ acceptæ sunt: & adhuc post hos, restituenda sunt bona incerta.

Quando inveniuntur multi creditores vnius rationis, seruanda est inter eos temporis antiquitas.

Solvens scienter posteriori, præterito eo, qui habet priorem actionem, peccat, teneturque priori de damno.

Si ex pluribus creditoribus personis æqualibus aliquis exigat, siue in iudicio, siue extra, tenetur integrum solvere, quia diligentia fecit cum potiorum.

Debitor sciens statum suum labentem, non potest integre satisfacere non petenti, sed debet omnibus solvere pro rata; si tamen solutionem accepisset, an debeat restituere, controversitur.

A restitutione debitoris excusant ea, quæ faciunt, vt creditor rationabiliter debeat esse contentus.

Hinc



Hinc excusatur in foro conscientia à restitutione damni, qui illud dedit sine sua culpa theologica gravi, hoc est mortali peccato, nisi aliud cum altero pactus sit, vel inde sit factus ditior.

Excusatur si aliquem occidit ex subitanea ira, vt si motus fuerit tantum primus, vel secundo primus, vel si ex oblivione non extinxerit candelam, & hinc ortum sit incendium.

Advertens periculum in actionibus periculosis, omittens eam diligentiam præcauendi, quam homines eiusdem conditionis communiter præstare solent, graviter peccat, & tenetur restituere damna secuta. In foro externo proceditur secundum culpam iuridicam, quæ sæpe non est peccatum, & diuiditur in latam, levem, & leuissimam.

Excusatur debitor à restitutione incertorum, si fecerit compositionem cum Episcopo, vel Papa.

Excusatur tenens rem restituere pauperibus, si ipse reuera sit indigens, & tunc

qui:

quidem postea factus ditior adhuc non tenetur restituere.

Excusatur à restitutione, qui non potest restituere, nisi cum notabiliter graviori damno sibi, vel suis, vel rei publice inferendo, quam aestimari debeat eodem modo per restitutionem creditori venturum.

Excusat à restitutione impotentia restituendi, ut si vivere non possis secundum decentiam tui status iuste acquisiti, ut si nobilis V. G. non possit statim solvere, nisi se priveret famulis: vel civis primarius, nisi obeat artem mechanicam: vel mechanicus, nisi vendat instrumeta, quibus vivit: possunt tales differre, & paulatim restituere sine iactura sui status.

Si tamen debitor sua culpa in illas angustias delapsus sit, V. G. luxuria, ludis superfluis, expensis vestium, tenetur restituere, cum omisione sui status, quia sibi imputari debet status omisio.

Item, si creditor ex dilatione restitutionis

sionis æquale damnū subire debet, potius debitor, quam creditor sufficere debet, cum istius cōditio sit melior: excipitur extrema necessitas, in qua quoad vsum omnia sunt communia.

-Item, si damnum, quod timetur hac restitutione, non est proprium bonorū; sed in hoc præcisse stat, quod expoliet se rebus debitis, non potest differri restitutio, quia hoc non est pati in suis rebus, neque suum statum amittere, sed dimittere alienum, & reverti ad proprium statum.

Excusatur à restitutione, quando fieri nequit absque periculo salutis animæ restituentis, vel suorum: vt si non possit fieri absque peccato, cum foret periculum, ne vxor, aut filię se prostituant; ne filij se dent latrocinijs; ne ipse per impatientiam incidat in desperationem.

Excusatur à restitutione, quando nō potest fieri absque periculo vitæ, vel notabili detrimento famæ.

Excusatur à restitutione, qui credit bonis,

bonis, quia leges concesserunt, vt qui contraxit multa debita, nec habet vnde soluat, possit cedere bonis, ea relinquendo in manibus creditorum, & tunc maneat liber, ita vt etiam in conscientia sit tatus, & retentis instrumentis artis, & quæ ad sustentationem sunt necessaria; quod si tamen postea redeat ad pinguiorem fortunam, tenetur adhuc restituere, si acquirat plus, quam ad decentiam status est necessarium. Adverte, quod si debitor principalis cesserit, non ideo liberantur fideiussores.

Ex parte creditoris excusat, si expresse, vel tacite remiserit debenti, & tenenti restituere, vt si laceravit suum chirographum, vel ipsi reddiderit; hæc tamen remissio debet esse libera, non metu, fraude, vel mendacio extorta.

Excusat in foro conscientie, si solvisti ei, cui debebat tuus creditor. Item: si compensatio facta est creditori per commodum æquivalens, V. G. per procuracionem officij non gratis

R

factam

factam. Omitti, aut saltim differri potest restitutio, si creditor sit abusus, ut si quis pecunias tibi mutuo datas repetat ad fornicandum, vel aliter peccandum: item, si ea repetat ad peccandum contra iustitiam, sive inferendum damnum iniustum tertiæ personæ; nisi tamen ex negatione restitutionis timeretur maius malum.

*DE PRÆCEPTO OCTAVO, DE NON  
falso testificando, & non mentiendo.*

**P**rohibetur in hoc præcepto omnis iniusta læsio famæ, & honoris proximi, ac præcipue omnis falsitas, & mendacium, ac læsio verbalis, quæ fit tum in iudicio, falso accusando, vel verum celando: tum etiam extra, perniciosè mentiendo, secreta revelando, ac denique detrahendo, & contumeliando.

Dantes, idest, per se ipsos facientes, vel procurantes alios facere, seu deponere testimonia falsa, peccant mortali-

ter

ter; quod intelligendum est formaliter, ita ut sciat deponens se falsum testificari; nam si bona fide putat se iurare verum, & à parte rei est falsum, non peccat.

Testimonium falsum dicit, qui negat veritatem, cum de illa iuridice interrogatur, & fateri tenetur. Tunc iuridice interrogatur, quando Iudex est competens, & servat ordinem iuris, siue in iudicio criminali, siue civili.

Si Iudex via inquisitionis generalis procedit, non potest subditus revelare peccatorem occultum nulla infamia laborantem: tollitur ex *cap. qualiter, & quando de accusat.* quia potestas Iudicis non se extendit ad occulta; & cum delictum probari non possit, ita nec puniri: & licet sub excommunicatione præcipiat, vel sub iuramento interroget, potest respondere cum restrictione mentali, scilicet se nescire ad manifestandum.

Revelans crimen occultum, quod non est probabile in iudicio, peccat contra iustitiam; si est probabile, contra chari-

R 2

tatem

tatem, nisi peccatum sit in grave damnum boni communis, vel alicuius privati, ita imminens, quod aliter impediri nequeat; tunc enim superiori tamquam patri deferendum est. Edictis Sanctæ Inquisitionis parendum est ob bonum commune fidei, & religionis.

Si Iudex procedit via inquisitionis specialis, accusationis, aut denuntiatiōnis, tenetur testis dicere verum, si præcedat alius testis fidedignus, vel infamia, vel indicia.

Si testis teneatur testificari, quando ipse solus præter accusatorem, aut denuntiatorem scit delictum? alij negant; alij affirmant: vtrumque est probabile; tenetur tamen, si necessarium est ad malum impediendum.

Si Iudex procedit via inquisitionis mixtæ, vt cum crimen est publicum, autor vero occultus: V. G. inventus est homo mortuus in vico, vel domus aliqua furto deprædata: potest ex vicinis inquirere in communi, quis fecerit; hæc enim

*De octavo Præcepto Decalogi. 261*

enim inquisitio expedit bono communi, populiq̄ quieti, & vt malefactorum timeant, & compescantur, & ne audaciores fiant: contrariũ tamen est probabile.

Si quis genuflexus, signo crucis facto, & confessione generali præmissa, non animo confitendi, sed gratia consulendi peccatum, manifestat Confessario, tenetur hic seruare secretum, non vt sigillum confessionis, quia non fuit confessio sacramentalis, sed vt secretum naturale. Ille, cui sub secreto crimen est patefactum, consilij, vel remedij petendi causa ad salutem animæ, vel corporis, non potest testificari, licet de auctore sit infamia, vel semiplena probatio: & aliter faciens peccat contra iustitiã, & charitatem, quia miseri à consilio, vel remedio petendo auerterentur, & multa mala sequi possunt: vnde Procurator, Tabellio, Advocatus, vel Consiliarius, cuius causæ secretum est

R 3

com



commiffum: medicus, chyrgus, cui homicida, qui vulnus accepit, fe curadū subiecit: & obftetrix, cui puella in partu fe committit, quamvis iuridice interrogentur, crimen revelare non poffunt, quia multo magis cedit in publicum bonum ſilentium, quam revelatio.

Hic datur ſpecies quædam belli ex utraque parte iuſti, dum iudex iuſte teſtem vrget, & teſtis iuſte negat; niſi delictum alia via ſciatur, vel niſi teſtificatio ſit omnino neceſſaria ad damnum publicam, vel privatam avertendam; etiam ſi ſecretum ſit iuramento firmatum: quia iuramentum promiſſorium cedens in damnum commune, vel tertij, non obligat.

Non teneris teſtificari, vel denuntiare, ſi tibi, tuis ve notabile damnum in vita, fama, vel bonis immineat; niſi bonum commune id neceſſario poſtulet; nam privatis non teneris cum tanto damno; habes eni niſtā celandæ veritatis cauſam; ideo interrogatus potes vti æquivocatione.

Hinc

Hinc fit consanguineos, & affines raro teneri ad testificandum contra alios sibi sanguine iunctos; nam damnum unius redundat in alterum, & ex testificatione consanguineorum oriuntur familiarum dissensiones, & odia, & inimicitia, quæ bono communi, & paci reipublicæ adversantur.

Non teneris denuntiare delinquentem nulla infamia laborantem iam emendatum, ita ut nullum prorsus probabile redivivi periculum sit: idem dicunt plures Doctores de criminosis in edicto inquisitionis contentis; & tenentur idem asserere Doctores dicentes esse præmittendam correctionem, dum habetur spes emendationis; nam si quando speratur emenda, non est denuntiandus, multo minus, si iam emendatus est; cum finis denuntiationis sit emendatio fratris.

Quomodo constare potest reum esse emendatum? Aliqui dicunt, si Sacramentaliter sit confessus, aut Iubilæum confes-

R 4

cutus;

cutus; alij si post triennium bene vixerit: alij id remittunt arbitrio prudentis viri.

Probabilior est sententia asserens reos in edicto inquisitionis contentos, etiam emendatos esse denunciandos, quia finis adæquatus huius denuntiatio- nis iudicialis non est sola emendatio fra- tris, sed etiam publica punitio, & securi- tas aliorum fidelium, ad quem finem se- creta monitio numquam est sufficiens remedium.

Non teneris testificari, vel denuncia- re, quæ audisti à fide non dignis; nam perinde est, ac si nescires, immo neque expedit, quia reus exponeretur peri- culo iniustæ infamiæ, & pænæ.

Reus etiam sub iuramento interro- gatus de proprio delicto semiprobatò, ob quod morte esset plestendus, aut ad trirremes, vel exilium perpetuum, aut bonorum amissionem damnandus, si illud fateretur, non tenetur veritatem aperi- re, sed tuta conscientia potest uti prudē-

ti

amphibologia, quia de iure naturali est conservare vitam: & eius oppositum est restringere aliquem esse suæ necis auctorem, aut alicuius gravis dedecoris.

Si Iudex oppositam sententiam sequens habeat ius interrogandi, iusteque interroget ob bonum publicum, & reum negantem torquere possit, potest reus opinioni probabili nixus iuste veritatem celare, & vterque in hoc casu vitur iure suo; & licet reus teneatur secundum ius naturale obedire iudici iuste præcipienti, secundum aliud ius naturale tenetur vitam propriam tueri, & hoc ius fortius est illo.

Reus dubitans, an Iudex iuridice procedat, non tenetur proprium crimen fateri, sed potest amphibologice iurare (intellige in re gravi) quia est in possessione vitæ, famæ, &c. & ita in dubio habet ius conservandi hæc, & non exponendi periculo.

Vnde hic occurrunt duo principia, deducta ex iure naturali: primam, in dubijs

dubijs præsumendum est pro superiore: secundum, in dubijs favendum est reo, quando notabile damnum ei sequitur; & hoc fortius est illo; & quando duo principia naturalia incompatibilia cōcurrūt sequendum est fortius, minus forti relicto.

Tenetur iudex reo aperire statum causæ, probationes, indicia, & testes, ut videat reus, an contra se iuridice procedatur, & se defendere possit: quod si delictum plene probatum sit, tenetur respondere ad mentem iudicis, & manifestare veritatem.

### DE MENDACIO.

**M**endacium est locutio contra mentem; & mentiri est contra mentem ire, sive verum, sive falsum asserendo; & sic qui aliud exterius profert, & aliud interius iudicat it contra mentem; quod si fiat verbis, dicitur proprie mendaciū; si factis, simulatio, quæ est mendacium

in

in actionibus vitæ: sic mentiuntur, qui externis gestibus præferunt gaudium, cum nihil tale sublit; sic mentiuntur hypocritæ, qui per genuflexiones, & orationes ostendunt sibi inesse devotionem, quæ non inest.

Mendacium ex parte finis triplex est: iocosum, officiosum, & perniciosum; iocosum, quod causa voluptatis dicitur, ut solent homines garruli: officiosum, quod dicitur causa utilitatis; utrumque autem tale esse debet, ut nemini noceat: perniciosum, est quod alicui nocet, siue alteri prosit, siue non; seu quod est contra honorem Dei, vel bonum proximi: tale est omne mendacium in rebus fidei, & morum, in iuramentis, detractioe &c. duo priora sunt peccatum veniale: ultimum ex se mortale; at si nocumentum est parvum, erit veniale.

Mendacium ex parte materiæ, & formæ triplex est: formale tantum, materiale tantum, & formale ac materiale simul, Formale, quando adest dissonantia

ex

ex parte iudicij, & est dicere verum iudicans esse falsum, vt cum dicis, Petrus est domi, & reuera est, & tu iudicas non esse. Materiale tantum est, cum adest dissonantia ex parte obiecti non ex parte iudicij, vt cum dicis falsum, existimās esse verum; vt cum dicis, Petrus est domi, & non est, iudicans tamen ibi esse.

Mendacium formale, & materiale est, quando ex parte iudicij, & ex parte obiecti datur dissonantia, vt cum dicis falsum, iudicās esse falsum, vt si iudices, non esse domi, cum de facto non sit, & dicas esse domi.

Non licet mentiri etiam pro tuenda vita, quia mendacium est intrinsece malum, quod esse de fide, sentit D. Augustinus: consequenter nunquam potest honestari ob bonum finem, nec pro vita alicuius custodienda, nec pro liberatione omnium animarū existentium in purgatorio, & in inferno, quia nunquam licet facere malum, id est peccatum, vt inde eveniat bonum.

Quod

Quod si in Sacra Scriptura aliqua verba videantur mendacia, dic, vel esse hyperboiem, quæ non est mendacium, sed modus rhetoricus loquedi exaggerativus, qui fit gratia rei augendæ, vel minuendæ; vel esse parabolam, dum vox per similitudinem propriæ significationis transit in impropriam, & alienam; vel ironiam, quæ est figura apud Rhetores habens contrarium sensum illius, quem verba sonant; ex modo tamen proferendi datur intelligi sensus, qui intenditur, & non est mendacium; vel est veritatis occultatio, vel mentalis restrictio; vel si scriptura proponit aliquod mendacium ab aliquibus probatum, hoc erit narrative, non laudative, cum narret tales in alijs peccasse.

Si non est minus prohibitum, & intrinsece malum homicidium, & furtum, quam mendacium, quare illa aliquando sunt licita, numquã istud? Respondetur, quod homicidium in quinto præcepto pro-



prohibitum, non est omne homicidium, sed solum iniustum, & rectæ rationi contrarium; nam licitum est, si fiat auctoritate publica, ordine iuris servato, & à persona privata ob defensionem propriæ vitæ, aut proximi innocentis, aut bonorum magni momenti cum moderamine inculpatæ tutelæ: hinc homicidium non est absolute prohibitum, nec intrinsece malum, & quando Deus præcepit Abrahæ interficere filium, id fecit, vt Dominus vitæ, & mortis: nã sicut per se ipsum poterat occidere Isaac, ita potuit vti Abrahamo, vt instrumento: & quintum præceptum non vetat esse instrumētum Dei in occisione, si ipse præceperit.

Et in septimo, *non furtum facies*, prohibetur furtum formaliter, quod est ablatio rei alienæ Domino rationabiliter invito; vnde non committit furtum, qui aliquid aufert, quando Dominus est irrationabiliter invitus, vt si quis rem aliquam auferat ad faciendam iustam compensationem, vel si existat in extrema vitæ

vita necessitate; quia tunc utitur iure suo, & Dominus tenetur cōsentire; quia in tali casu omnia sunt communia quoad ius utendi; licet non quoad rei dominiū.

Sic Israelitæ, qui vasa argentea, & aurea, & vestes abstulerunt ab Ægyptijs, non commiserunt furtum, nam i) tuerunt irrationabiliter inviti, quia illi iniuste erant captivi; & quia Deus, vt Supremus Dominus omnium, illa eis donavit; vel saltem vt Supremus Iudex reddidit Hebræis mercedem laborum suorum.

Mendacium vero ita est intrinsee malum, vt si Deus auferret suam prohibitionem, adhuc esset cōtra rectam rationem, & retineret intrinsecam malitiam, quam ex se habet, & consistit in dissonantia verborum à mente.

Petes: quam qualitatem habeat ista propositio; *licitum est mentiri in iudicio ad liberandum hominem à patibulo?*

Respondetur, quod est scādaloſa, quia in rebus fidei incitativa ad peccandum: temeraria, quia sine ratione contra eam

mu,

inueniuntur sanctorum Patrum, & Doctorum catholicorum: suspecta de hæresi, quia in proferente hæresis suspicio datur: erronea, quia catholice doctrinæ proprie opponitur: hæretica, quia expresse contra sacram scripturam, & Ecclesiæ definitionem: illam ergo asserens iuste Sanctæ Inquisitionis tribunali est denuntiandus.

Peres: quæ peccata committat mendians in iudicio ad liberandum hominem à patibulo? Respōdetur committere lethale peccatū mendacii, perniciosi: per iurium Dei honori, & religionis virtuti oppositū: iniustitiam irrogando iniuriā iudici, ne reū iuste puniat, tum infamando veros testes tamquam falsos: tum contra rempublicam, quia sic evadūt crimina impunita in præiudicium rei publicæ.

DE SUSPICIONE, IUDICIO TEMERARIO, & dubitatione.

**D**ifferunt inter se suspicio, iudicium, & dubitatio in hoc: quod iudicium

*De suspicione, & iudicio temeraria. 273*  
fit firma animi sententia, seu assensus indubitatus. Suspicio, assensus, quo quis inclinatur in fundamentum opinandi. Dubitatio est, quasi suspensio animi in neutram partem inclinando. Iudicium temerarium dicitur, quando assensus indubitatus est sine causa, & fundamento, & est peccatum mortale, si adest plena advertentia, & est de gravi malo proximi: & fit gravis iniuria proximo, dum sine causa improbus habetur, cum habeat ius ad bonum nomen, & famam, præterquam quod ex ijs iudicij præsumuntur graviora mala sequantur.

Nō est opus explicare in confessione speciem mali iudicati, cum omnia vni iustitiæ commutativæ in specie infima adverberentur.

Suspicio, & dubitatio temeraria ex genere suo non sunt peccata mortalia; sunt tamen peccata venialia, quia communiter suspicio est concitatio quædam ad effectum, & manet in mente suspicantis aliquomodo bona existimatio.

Petes: quomodo cognoscetur esse suspi-

S

cio-

cionē, & esse iudiciū firmū? Rspōdetur, quod tunc est iudiciū firmū, quando rogatus iudicans, an habeat rem pro certo, respondet sibi certam, aut fere certam videri; tunc vero esse suspicionem, quando suspicans respondet, se non esse moraliter certum, & facile potie talii, inclinari tamen ad fundamentum opinandi.

### DE DETRACTIONE.

**D**etractio est alienæ famæ iniusta violatio, vel denigratio. Contumelia est iniusta honoris diminutio.

Differunt inter se contumelia, & detractio: primo ex parte obiecti, quia contumelia læditur honor; detractio fama. Secundo in modo, quia contumelia instar rapinæ fit aperte contra præsentem: detractio, vt plurimum, instar furti occulte, & contra absentem.

Fama est opinio, seu existimatio de alterius excellentia: honor est restitutio alienæ excellentiæ animo conceptæ. Hinc contumelia est gravius peccatum de-

detractione. Detractio ex genere suo est peccatum mortale, & si ex parte materiae, aut indeliberatione possit fieri veniale; quia est gravius furto, quod est mortale, cum ledat proximi famam, quae est maius bonum, quam opes.

Detractio duplex est: alia directa, & formalis, quae fit ex intentione famam laedendi; alia indirecta, & materialis tantum, quae fit ex leuitate, & loquacitate, & haec regulariter est peccatum veniale. Dixi *regulariter*, quia si graue proximi laesionem importet, idque aduertatur, erit mortale, quia licet directe non intendatur laesio proximi, indirecte, & implicite est volita, & aequivalet formali.

Licet aliū infamare ad tormenta graua vitanda, si crimen sit verum; quia nullam alteri facit iniuriam, cum habeat ius ad illud in necessitate revelandum; si tamen crimen sit falsum, non licet; quia esset mendacium perniciosum.

Non est peccatum mortale se ipsum

S 2

in.

infamare regulariter loquendo, quia nō est contra iustitiam, cum sit famæ lux Dominus; nec contra charitatem, quia charitas non obligat ad bona externa conservanda, nisi in quantum id exigit salus proximi, vel propria. Dixi *regulariter*, quia per accidens potest esse mortale, V. G. si sua fama sit necessaria muneris, vel si eidem damnum vitæ ex infamatione sequeretur. Nō est peccatum mortale ad vitanda gravia tormenta factum crimen sibi imponere, ex quo etiam mors sequatur; quia non tenetur homo cum tantis cruciatibus vitam suam tueri; nec talis diceretur se interficere, sed tatum ex iusta causa vitam morti exponere.

Ex natura iustitiæ fama iniuste ablata restitui debet: modus autem restituenditalis est. Si quis narravit verum crimen, debet opinionem conceptā, quantum potest, apud audientes abolere, asserendo se male dixisse, iniuriam intulisse, deceptum esse: vel si hac ratione parum proficiatur, debet eum laudare in

alijs

alijs rebus, crimen extenuare, honorem eius in re alia procurare.

Si crimen falsum impegisti, teneris id aperte retractare adhibito etiã, si opus est, iuramento apud eos, quibus dixisti; & per se loquendo apud eos, ad quos infamia pervenit, & si mediate audierint, quia teneris reparare totum damnũ famæ, quod causasti; licet aliquando sufficiat dicere te pœnitus deceptum, re aliter se habere, male te informatum fuisse.

Dixi *per se*, plerumque enim per accidens ab hac obligatione talis excusatur respectu auditorum mediatorum: tum, ob moralem impotentiã: tum, quia eo ipso, quod apud immediatos retractavit, implicite illis commisit, ut hanc retractationem indicent alijs, si quibus forte revelaverint.

Is, qui bona fide, vel probabili errore ductus sine formali mēdacio falsũ de aliquo dixit; intellecta postea materiali iniustitia tenetur ad restitutionẽ, licet nõ tã stricte, quã qui infamavit per iniuria formale;



hic enim tenetur restituere cum detrimento suæ famæ, etiam æquali; ille non item, sed etiam, quatenus sine suo notabili incommodo potest.

Si quis crimen narravit de vno, quod auditores ex errore intellexerunt de alio, non tenetur restituere ex iustitia, si quidem eius actio non fuit causa damni iniusti; sed ex charitate, cum possit graviter damnum proximi sine suo detrimento præcavere.

Qui detraxit alteri libello famoso, debet restituere contrarijs scriptis; vel publica revocatione, ut restitutio sit efficax.

Si ex læsione famæ ortū sit alteri damnum fortunarum, ut si privatus sit officio, si excidit ab spe divitis matrimonij, restituenda est fama, & compensandum damnum arbitrio prudentis; & cum obligatio restitutionis famæ sit personalis, non transit ad hæredes: obligatio autem compensationis damni ad hæredes transit, cū habeat respectum ad bona infamatoris.

Ex

Excusant à restitutione fame: primo, impotentia. secundo, si crimen occultū, quod revelasti, fiat alia ratione publicū: tertio, si fama alijs modis iam recuperata sit, vt in facti purgatione, vitæ probitate, testimonio prudentium; damnū tamen, quod secutum est, debet satisfieri.

Quarto, si prudēter iudicetur iam dudū rem oblivione deletam: quinto, si is, cui detraxisti, tibi similiter detraxit, nec vult restituere, vt edo iure compensationis, dummodo infamia illata non redundet in alios. Sèxto, si non possis absque periculo vitæ; vel si fama restituenda sit minoris valoris, quam fama detractoris. Septimo, si infamatus sponte remiserit.

Peccat mortaliter condonans famæ restitutionem. Primo, si infamia redundet in alios: secundo, si inde sequatur scādalum: tertio, si sit vir valde utilis rei publicæ, & ex infamia utilitas impediatur: quarto, si fama sit necessaria ad muneris gubernationem.

DE QUARTO PRÆCEPTO ECCLE-  
 sia: De ieiunando.

**A**lia Ecclesiæ præcepta iam expli-  
 cata fuere in tractatu de Sacramen-  
 tis, & de præceptis. Solū restat explica-  
 re quartum de ieiunio, & quintum de so-  
 lutione decimarum, & primitiarum.

Ieiunium est duplex: naturale, & Ec-  
 clesiasticum. Illud consistit in abstinē-  
 tia à cibo, & potu; estque necessariū ad  
 Eucharistiam sumendam à media nocte  
 præcedenti; vbi non datur parvitas ma-  
 teriæ, sicque minimum cibi, aut potus  
 sumpsisse, communionē impedit sub mor-  
 tali, nisi in casu infirmitatis, aut alterius  
 necessitatis à iure, vel Ecclesia cōcesso.

Id, quod edendo traijcitur, licet non  
 habeat rationē nutrimenti, vt papyrus,  
 cera, lini &c. frangit ieiunium natura-  
 le, quāvis illud statim evomatur; si ve-  
 ro traijciatur aliquid casu, non ex inten-  
 tione, nec per modū cibi, aut potus, non  
 frangit

frangit ieiunium naturale.

Si tabacum quolibet modo sumptum deveniat ad stomachum, frangat naturale ieiunium, & impediatur Eucharistia sumptionem? multi Doctores affirmant. Ieiunium Ecclesiasticum continet in vna tantum comestione de die, in ordine ad nutritionem, & in abstinentia ab esu carniū, itemque ouorū, & lacticiniorū, eo quod ex carne originem trahant, multūq; nutriant; vnde intra quadragesimam iure communi prohibentur; extra eam permittuntur, nisi sit consuetudo in contrarium, quæ vim legis habeat.

Consuetudo, vt habeat vim legis debet esse introducta maiori parte populi; quia sicut minor pars populi non potest condere legem, ita nec consuetudine inducere, quæ vim legis habeat: maior autē pars vtrumque potest cum superioris consensu; item maior pars debet esse ex personis capacibus legis: vnde excluduntur amentes, & infantes.

Sc

Secundo, debet esse inducta voluntarie, & animo se obligandi; quia nullus præsumitur sibi obligationis onus imponere sine intentione; & sicut lex vim habet ex intentione legislatoris, ita consuetudo ex intentione eorum, qui consuetudinem inducunt; actus enim agentium non transgrediuntur intentionem eorum.

Tertio, vt consuetudo sit præceptiva, debet esse certa, & non dubia; quia dubitans an extet lex, aut consuetudo, aut præceptum, non tenetur servare, si, præmissa debita diligentia, veritatem non assequitur, quia possessio stat pro libertate.

Si certa sit lex, consuetudo, præceptum, & dubitatur, an alia lege, consuetudine, aut præcepto derogatum sit, vel dispensatum, non licet contra facere; quia lex, consuetudo, præceptum sunt in possessione obligandi; nec ius dubium vincere potest ius certum.

In die ieiunij secunda comestio est peccat-

ca.

catum mortale, reliquæ supra secundam veniale; quoties vero carnes comedit quis, toties mortaliter peccat, quia carnes comedere est contra præceptum negativam; secunda vero comestio contra affirmativum.

Dispensatus quoad carnes, etiam lacticiis, & ovis videtur dispensari; non tamen è contra: & cui est permissus esus carniû, etiam secunda refectio permissa videtur, si esus carniû ob debilitatè naturæ permittitur.

Hora refectiois determinata est circa meridiem moraliter, quam horam notabiliter prævenire sine iusta causa aliqui putant esse mortale; sed probabilius est veniale, quia non violatur substantia ieiunii, sed tantum circumstantia. Dixi *notabiliter*, & *sine causa*, quia prævenire ex iusta causa, & absque ea per mediam horam tantû, nullum peccatum videtur esse: dilatio comestiois in vespèram, si nihil antea sumatur, licita est, præsertim cum iusta causa.

Non

Non solvitur ieiunium per divisione prandij, si vnica refectio moraliter intendatur; nec solvitur per collatiunculam, quã non licet sumere mane, vel meridie sine iusta causa.

Quantitas collatiunculæ vespertinæ communiter designatur quarta, vel quinta pars integræ coenæ: quibusdam in locis ex consuetudine plus permittitur secularibus, quam religiosis; nobilibus viris, quam plebeis, & in frigidis regionibus, quã in alijs: plus itẽ quibusdam in locis in vigilia Natiuitatis Domini, & in coena Domini permittitur ex consuetudine.

Circa qualitatem collatiunculæ prohibentur cibi communiter ordinati ad nutritionem: & qui inter fercula ferre apponuntur; permittuntur leviores, vt fructus, aliave ex saccharo, & melle confecta, & pro more regionis parum butyri, & casei, vt in regionibus septentrionalibus ob fructuum inopiam.

Qui

Qui eodem die sæpius parum sumit, peccat mortaliter, cum materiæ illæ parvæ coalescant in vnam magnam. Causæ excusantes à ieiunio sunt: prima, superioris dispensatio: secunda, impotentia: tertia, labor, vel officium, cū quo ieiunium non potest consistere: quarta, pietas, vel maius bonum: quinta, charitas.

*DE PRÆCEPTO QUINTO, SOLV-  
tionis Decimarum, & Primitiarum.*

**D**ecima, est pars fructuum Ministris Ecclesiæ ob spirituale ipsorum ministerium debita ex omnibus bonis frugiferis.

Decimarum solutio est de iure naturæ, quatenus importat partem indeterminatam pro sustentatione Ministrorum Ecclesiæ; quia recta ratio dicit ministrantibus populo spiritualia corporalem deberi sustentationem; quatenus vero importat certam partem



partem bonorum, scilicet decimam, non octavam, vel duodecimam, est de iure Ecclesiastico in lege nova: nam licet in veteri, de iure diuino erat decima solvenda; quia tamen illud præceptum erat iudiciale, seu ceremoniale, cessavit in nova, vt importat determinatam partem.

De iure communis canonico solvendæ sunt decimæ de omnibus rebus, quæ nobis divino munere proveniunt. Decima triplex est: personalis, prædialis, & mixta.

Personalis est, quæ solvitur ex acquisitis labore, & industria personæ, vt ex artificio, scientia, militia, famulatu, venatione, piscatione, negotiatione, ludo, alioque actu lucroso licito.

Prædialis, quæ ex terræ fructibus provenit, vt frumentum, ordeum, avena, ferrago, legumina, linum, cannabum, pasqua, fasciculi herbarum, fennum, palea, olera, rapa, cepæ, pastinacæ, cucumeres, melones, raphani, & alia, quæ fiunt in hortis: item, fructus ex omnibus arboribus

bus; vt oliuæ, siliquæ, amigdalæ, glandes, castaneæ, nuces, poma, pyra, cerasa, mala citrea, yuq̄, &c.

Mixta est, quæ debetur ex his, quæ partim ex prædijs, partim ex industria hominum provenit, vt sunt fetus animalium, & quæ ex animalibusveniunt, vt lana, lac, & caseus: item de animalibus domesticis debentur decimæ, vt ex gallinis pulli, ova, & similia: de apibus, & de omni earum fætu: de piscibus inclusis in stagnis, & vivarijs: de molendinis, domibus &c.

In solvendis decimis spectanda est potius locorum consuetudo, quàm ius scriptum; nam multis in locis solæ prædiales, & quædam mixtæ sunt in usu, reliquis consuetudine abolitis: vnde in his tam in substantia rei, quam in modo solvendi attenenda est consuetudo, quæ maximam vim habet in hac re, & est varia pro locorum varietate. Personales nullibi feruntur in usu, quia Ministris Ecclesiæ aliunde provisum est.

END

De-

Decima solvenda est, etiã non petita; ex fructibus integris prius, quam ex ipsis deducantur expensæ in colendo agro, census, tributa, semina sparsa, aut seminis æstimatio; tamen consuetudo, qua agricolæ in suis areis ante decimationem ex cumulo largiuntur eleemosinam, litata est.

Decima prædialis solvenda est statim collectis fructibus, iuxta *cap. cum homines de decimis*. Decima animalium solvenda est eo tempore, quo sine matre vivere possunt; sed standum est consuetudini. Decima solvenda est in loco consuetudine legitima approbato.

Solventes decimas non tenentur eligi meliora; non tamen possunt deteriora dare, sed bona fide mediocria.

Clerici, etiã Episcopi tenentur solve re decimas de omnibus bonis ecclesiasticis Romano Pontifici, si eas exigat, quia sicut potest obligare ad solvendas decimas alijs, ita etiam & sibi. De facto nõ solet eas ab Ecclesiasticis petere, nisi  
necessis

necessitas Ecclesie id postulet; sed loco decimarum solvendarum in beneficijs maioribus solet exigere fructus unius anni pro toto tempore vitæ, quos vocant *adnatas*.

Primitiæ sunt, primi fructus, qui immediate offeruntur Deo in gratiarum actionem pro frugibus terræ; deinde cadunt in usum ministrorum Ecclesiæ; decime vero sunt decima pars fructuum, quæ proxime datur Ecclesiæ Ministris.

Præceptum solvendi primitias multis in locis consuetudine est abolitum; nisi nomine primitiarum late intelligatur decimarum pars Rectoribus multipliciter debita, quæ vulgò primitia dicitur.

Contra non solventes decimas ponitur in Concilio Tridentino, *sess. 25, cap. 2 de reformatione*, poena excommunicationis ferenda, qui non solventes absolvi nequeunt nisi plena restitutione secuta.

I

DE

## DE CONTRACTIBVS.

**F**undamentum omnis iniustitię in contractando rem alienam, & per consequens omnis iustitię in restituendo eá, est scientia, qua scire debemus, vnde rerũ dominia sint distincta, vt hoc dicitur meum, & illud tuum.

Lege naturę, vel diuina non sunt rerum distincta dominia pro statu innocentie, quia tunc omnia erant communia, vt patet per illud decretorum *dist. 8. cap. 1.* vbi habetur, quod iure naturę sunt omnia cõmunia omnibus: & ad hoc adducit Augustinũ super Joannẽ capi. 2. dicentem, *quo iure defendis villas Ecclesię? Diuino, an humano iure? Vnde quisquam possidet, quod possidet? non ne iure humano? Nam iure diuino, Domini est terra, & plenitudo eius: iure ergo humano dicitur, hæc domus mea est: hæc villa mea est: hic seruus meus est.*

Ratio ad hoc est, quia vsus rerum  
secun;

secundū rectam rationem debet competere hominibus, sicut congruit ad pacificam conversationem, & necessariam sustentationē: in statu autem innocentie cōmunis vsus sine distinctione dominiorum ad vtrumque plus valuit, quia nullus tunc occupasset, quod fuisset alijs necessarium; nec oportuisset illud ab ipsis per violentiam extorqueri.

Præceptum legis naturæ de habendo omnia communia cessavit, & rationabiliter, quia mutatis circumstantijs status per peccatū, ratio naturalis dictavit, esse omnia cōmunia non expedire ad pacē, & debitam sustentationē hominū.

Cessante præcepto legis naturæ de habendo omnia communia, & per consequens licentia concessa appropriandi, & distinguendi communia, fuit facta actualis distinctio per legem positivā, quæ lex fuit iusta.

Ut lex sit iusta, requiritur in legiflatore prudentia, & autoritas: prudentia, ut secundū rectam rationē practi-

ricam dicitur, quid faciendum: autoritas, quia lex à ligando dicitur, nec potest sententia prudentis ligare communitatem, nec aliquem, si nulli præsideat.

Autoritas duplex est: paterna, & politica. Prima est iusta ex lege naturæ, qua omnes filij tenentur parentibus obedire; nec ista per legem aliquam mosaicam, vel evangelicam est reuocata, sed magis confirmata. Ista autoritas respicit descensum naturalem, quamvis non cohabitantes ciuilitur.

Autoritas politica, quæ est supra extraneos, siue in vna persona, siue in communitate resideat, potest esse iusta ex communi consensu, & electione ipsius communitatis. Hæc respicit cohabitantes, quantumcumque nulla contanguinitate, vel propinquitate coniunctos.

Ex his concluditur, quod prima distinctio dominiorum potuit esse iusta à lege positiva iusta, siue lata à patre, siue à Principe, siue à communitate iuste

regna;

regnante, vel regente; & hoc modo probabile est factum fuisse.

Nam vel post diluuium Noe filijs suis distinxit terras, quas singuli occuparet pro se, & filijs suis, & posteris: vel ipsi de communi concordia inter se diuiserunt, sicut legitur de Abraham, & Lot, *Genes. 13.* quia Abraham dedit electionem ipsi Lot, quam partem vellet eligere, & ipse reliquam acciperet; vel lex aliqua promulgata fuit à patre, vel ab aliquo electo ab eis in Principem, vel à communitate, cui ipsa communitas commisit istam autoritatem; quæ, inquam, lex fuit, vel potuit esse, quod res tunc non occupata esset primo occupantis, & tunc postea diuiserunt se supra faciem orbis terrarum, & vnus occupavit vnâ plagam, & alius aliam.

Non negatur factam fuisse diuisionem ante diluuium, cum constet *Genesis 4.* Abel tulisse de primogenitis gregis sui; & verisimile est Adamum

T 3



primo inter filios divisisse possessiones.

Translatio rerum duplex est: vel quantū ad dominium; vt si res à dominio vnus transeat ad dominium alterius, vt in contractibus donationis, per mutationis, emptionis, venditionis, & mutui: vel quantū ad vsum, sive ius vtendi, manente dominio apud eundem, vt in contractibus commodari, precarij, depositi, & in conductione, & locatione.

Dominij translatio potest fieri auctoritate publica, auctoritate legis, & auctoritate privata ipsius Domini immediate possidentis.

Translatio dominij auctoritate legis iustæ, iusta est, quia si potuit iuste determinare prima dominia, potest & iuste transferre dominium, postquam fuerit alicui appropriatum.

Hinc, præscriptione in immobilibus, & vsucapione in mobilibus iuste transfertur dominium, quia id expedit paci reipublicæ: item, quia lex potest

punire negligentes, vel transgredientes  
pœna corporali, igitur & privatione  
dominij rerũ: constat etiam autoritate  
extrav. de præscriptionibus *vigilanti.*  
*Glol. super illud, aliena.*

Quilibet potest rem suam in alium  
transferre, quia sicut voluntate fit quis  
dominus, eadem desinit esse, vt alius ei  
succedat, modo nulla lex, vel superior  
impediat.

Translatio per actum personæ  
privatæ immediatè habentis dominium  
rei, potest fieri duobus modis. Primo,  
per actum mere liberalem, nullam ex-  
pectando redditionem. Secúdo, per ac-  
tum secundum quid liberalem, expectan-  
do aliquid sibi reddi pro eo, quod trans-  
fert.

DE DONATIONE.

**A**D iustam donationem requiritur  
ex parte donantis liberalis transla-  
tio, & ex parte recipientis voluntas re-

T 4

cis

cipiendi; & libertas ex parte vtriusque; hoc est, quod nulla lege superiori prohibeatur donatio, vel per actum alterius, a quo dependeat in ista translatione. Hinc, non valet donatio pecuniæ facta fratri minori, quia iste non potest esse dominus: nec facta à monacho sine licentia Abbatis, nec à filio familias sine voluntate parentis.

Contractui donationis correspondet, in translatione usus, liberalis accommodatio, quæ, vt sit iusta, requirit in commodante liberam voluntatem, & in recipiente, quod velit recipere rem commodatam ad usum, & quod non sit aliqua voluntas legis, vel Principis obstitens illi accomodationi: Idem dic de precario, quod solum differt à commodato, quod illud non determinat certum tempus; commodatum vero explicite, vel implicite determinat certum tempus.

Donatio duplex est: prima, mortis causa: secunda, non mortis causa. Prima

ma

ma est, quæ propter mortis fit suspicio-  
nè: secūda, quæ sine vlla mortis cogita-  
tione fit, quæ inter vivos appellat  
tur.

Donatio inter viuos (si non fuerit  
renuntiatoria, aut facta Ecclesiæ, vel  
Monasterio) potest revocari, primo, si  
donatarius enormiter fuerit ingratus;  
istâ tamen ingratitude coram Iudice  
debet probari, ante cuius sententiam  
donatarius non tenetur restituere; nec  
valet pactum, vt donatio non possit ob  
ingratitude revocari; & quidem  
hæc revocatio habet etiam locum in  
legato respectu legatarij, si defunc-  
tum testatorem gravi iniuria afficiat,  
vt si vxorem eius carnaliter cognos-  
cat.

Secundo: si donatio fuerit inofficio-  
sa contra paternæ pietatis officium, vt  
si pater tantum donet, vt filij priven-  
tur sua portione legitima: tunc post  
mortem patris, immo etiam vivente,

po

Potest revocari talis donatio; licet enim ante mortem patris non debeat legitima, ut tradenda, debetur tamen, ut conservanda.

Tertio, per supervenientiam liberorum, ut si quis prole carens magnam partem bonorum donaverit, & postea nascatur proles, potest revocari donatio; quia ex iuris dispositione inest donationi hæc tacita conditio, *nisi nascantur mihi liberi*: quæ, si facta sit extraneo, revocari potest tota; si alicui ascendentium, ut patri, vel avo, vel Ecclesiæ, aut causis pijs, tantum revocari potest, quantum necessarium est, ut filij habeant legitimam.

Donatio mortis causa, qua quis sic donat, ut velit rem esse alterius primam post suam mortem, revocari potest in tribus casibus. Primo, si donator e poeniteat, siue expresse, siue implicite, talis donationis. Secundo, si dedit intuitu alicuius instantis periculi, ex quo, metuens mortem, donaverit; hoc ipso, quod periculum evaserit, censetur tacite revoca-

ta donatio. Tertio, si donatarius moriatur ante donatorem, ipso iure revocata est, quod etiam accidit in testamentis, & legatis; secus in promissione, & donatione inter vivos, quæ transit ad hæredes; quod si donator promiserit, se non revocaturum, transit in donationem inter vivos.

Donatio fieri debet in præsentem; nec valet in absentem sine nuntio ad hoc destinato, vel epistola; licet valeat ut fidei commissum, si fuerint adhibiti testes.

Mortis causa donare possunt omnes, & soli, qui possunt testari; excepto filio familias, qui licet testamentum nullo modo condere possit, cum hoc sit iuris publici, donare tamen potest mortis causa, cum id sit iuris privati, si adsit patris consensus expressus; immo sine hoc donare potest non tantum de castrensibus, sed etiam de adventitijs: item donare sic possunt minores viginti quinque annis, etiam sine consensu sui curatoris, non autem usurarius, nisi prius usu-

ris

ris satisfecerit, vel cautionem præstiterit; potest tamen donare ad causas pias; nec surdus, & mutus a natura, secus si a casu superveniente.

## DE PERMUTATIONE.

**P**ermutatio est rei utilis pro re utili immediate a translatio, sicut vini pro tritico &c. quæ ut sit licita, requiritur, quod fiat sine fraude, servata æqualitate valoris in commutatis secundum rectam rationem, sine fraude in substantia, quantitate, & qualitate. Colligitur ex cap. de culpa, extrav. de iniurijs, & damno dato, ubi habetur: qui occasionem damni dat, damnum videtur dedisse; sed de fraudans in substantia, quantitate, & qualitate, dat occasionem damni: ergo secundum veritatem damnum dedisse videtur.

Item æqualitas valoris est servanda, quod intellige, quantum ad usum: quia potest res nobilior esse in se in esse natu-

rati, & minus utilis vsui hominum, & per hoc minus pretiosa, nam ex Augustino de Civitate Dei, lib. 2. cap. 16. melior est in domo panis, quam mus, cum tamen in esse nature melior sit mus, quam panis, cum omne viuens nobilius sit simpliciter non viuo in esse nature: & propter hoc additur, secundum rectam rationem attendentem naturam rei in comparatione ad vsu humanum, propter quem fit commutatio.

Æqualitas secundum rectam rationem non consistit in indivisibili, sed in medio, quod iustitia commutativa respicit; in quo est latitudo, & intra illam non attingitur indivisibile punctum æquivalentiæ rei, & rei, cum sit quasi impossibile, & in quocumque gradu citra extrema fiat, iuste fit.

Quæ autem sit ista latitudo, & ad quam se extendat, quandoque ex lege positiva, quandoque ex consuetudine innotescit: illa rescindit contractus, ubi contrahens decipitur ultra medietatem ius.



iusti pretij; tamen infra illud, si ex alio  
apparet iniustitia, debet fieri correspon-  
dens restitutio.

Quandoque autem relinquitur ipsis  
commutantibus, qui, pensata mutua ne-  
cessitate, reputant sibi mutuo dare, &  
accipere æquivalens hinc inde: durum  
enim est inter homines esse contractus,  
in quibus contrahentes non intendant  
aliquid de illa indivisibili iustitia re-  
mittere sibi mutuo, vt pro tanto omnem  
contractum concomitetur aliqua dona-  
tio; & iste modus commutantium funda-  
tus super illud legis naturæ, *hoc facies*  
*alij, quod tibi vis fieri*; & satis probabile  
est, quod quando sunt mutuo contenti,  
mutuo volunt sibi remittere, si secundū  
aliquid deficiūt ab illa iustitia requisita.

### DE VENDITIONE, ET EMPTIONE.

**E**Mptio est traditio pretij pro re emptæ;  
sicut venditio est traditio rei venditæ  
pro pretia. De istis duobus contractibus

eodem modo philofophandum est, ac de permutatione, scilicet, quod sit æqualitas valoris secundum rectam rationem, & quod non sit fraus in substantia, quantitate, & qualitate.

Contractui emptionis correspondet contractus conductionis: sicut enim in illo traditur pretium pro re, in isto traditur pretium pro usu; & contractui venditionis correspondet contractus locationis, quia sicut in venditione traditur res pro pretio, in locatione traditur usus pro pretio.

Res potest vendicarius ob damnum evitandum; quia potest venditor se preservare indemnem, sicque carius vendere, quam si alias sine tali damnificatione venderet; non tamen ob lucrum, & commodum ementis, quia propter maius commodum ementis, nec res vendentis est in se pretiosior, nec melior, & ideo non debet sibi maius pretium apportare.

Quando vendens non statim recipit pretium, sed differtur, quid iuris? Respon-

pōdetur quod sunt. observādē due regulē. Prima, quod vendens non vendat tēpus, quia non est suum. Secunda, quod non ponat se in tuto de lucrando, & illū, cui vendit, de damno.

Ex quibus regulis patent multi casus in speciali, V. G. vendens tradit alij rem suam in festo Nativitatis Domini; aut ergo tunc eam erat venditurus, aut non? Si sic, vel determinat pretium, secundū quod currit pro festo Nativitatis: & tunc facit misericordiam, quia supplet indigentiam proximi, antequam teneatur eam supplere, quando scilicet expectat solutionem vsque in festum Sancti Ioannis: aut determinat pretium maius, quam sit iustum pro festo Nativitatis: & sic est vsurarius, quia vendit tempus, quod non est suum, contra primam regulam.

Si autem non esset pro festo Nativitatis Domini venditurus, sed alias, quādo videtur, quod secundum cursum temporis plus posset lucrari; aut ergo nunc po-

rit

nit certum pretium, aut non ? Si primo modo, scilicet si ponit pretium secundū quod res pro festo Nativitatis Domini valet, non est dubium, quin faciat misericordiam magnam: si vero maius, quam nunc valet, non tamen ita immoderatum, quin tempore solutionis verisimiliter quandoque plus, quandoque minus valeat res vendita, ratione dubij excusatur, quia contra nullam regulam supra dictam facit.

Si autem determinationem pretij ex valore futuro illius rei pendere relinquat: aut ergo pro tempore determinato illius solutionis, vel alio, in quo non consuevit regulariter res plus valere, quam quando rem suam dat: & tunc misericordiam facit, utpote concedo tibi istud pro tātō pretio, pro quāto valebit in festo S. Ioannis, vel pro aliquo tēpore citra, cum tamen illa res non consuevit communiter carior esse, quam in alio tempore præcedente.

Si autem pretium determinat pro

V

tem-

tempore indeterminato, taliter vt ponat se in tuto lucri, vt in pluribus, & alium, scilicet emptorem in danno, vt-pote volo; quod tantum mihi soluas pro isto, quantum valebit in quocumque tempore vsque ad festum Sancti Ioannis; quando carius vendetur, est vsuta, quia ponit se in tuto ad lutrum, & eumentem in tuto ad damnum, contra secundam regulam.

Istæ ergo regulæ dictæ sunt de iusto; & iniusto in emptione, & venditione, & quacumque cõmutatione, loquendo de cõmutatione economica, quæ est, quando commutans intendit rem accipere; pro qua commutat, vt ea vtatur, non vt ea merceatur:

Loquendo vero de cõmutatione negotiatiua, quando commutans intendit mercari de re, quam acquirit, quia emit; non vt vtatur, sed vt vendat, & hoc carius, duæ obseruandæ sunt regulæ. Prima, quod talis cõmutatio sit utilis reipublicæ. Secunda, quod mercator iuxta di-

diligentiam suã, & prudentiam, sollicitudinem, & pericula accipiat in cõmutãtione pretium correspondens.

Prima regula exponitur: quia reipublicæ est vtile habere conservatores rerum venaliũ, vt prompte possint inveniri ab indigentibus volentibus illas emere: est etiam vtile reipublicæ habere afferentes res necessarias, quibus illã patria non abundat, & tamẽ vsus earum ibi est vtilis, & necessarius: vnde mercator, qui affert rẽ de patria, vbi abundat, ad patriã, vbi deficit, vel qui illã emptã cõservat, vt prompte inveniatur venalis à volente eã emere, habet actum vtilẽ reipublicæ. Secũda regula exponitur: vnũquemq; in opere honesto reipublicæ seruiẽtẽ oportet de suo labore vivere: (dixi *honesto*, propter meretrices, & histriõnes inhoneste viuentes;) sed afferens, vel cõservans venalia, honeste, & vtiliter seruit reipublicæ: ergo oportet eum de suo labore vivere. Adde: vnusquisq; potest industriam suã, & sollicitudinẽ iustitẽ

te vèdere, & magna requiritur industria transferentis rem de patria ad patriam, considerando, quibus patria abundat, & indiget: ergo potest recipere pretium correspondens suæ industriæ.

Ultra hoc potest recipere aliquid correspondens periculis suis, cum in ipsis transferat, si est trāslator: vel custodiat, si est custos: & maxime, si quandoque sine sua culpa in tali servitio communitatis damnificatus est, vel navè maximis bonis onustam amittendo, vel ex casuali incendio pretiosissima, quæ custodit pro republica, deperdendo.

Ex istis duab<sup>9</sup> regulis requisitis in cōmutatione negotiativa iusta, patet, quomodo aliqui sūt vituperabiliter negotiatores, vt scilicet illi, qui nec transferunt, nec conservant, neq; eorū industria melioratur res venalis; sed modo emunt, vt statim sine omnibus istis conditionibus vendat, prohibendo immediatam commutationem volentium emere, vel commutare economice, & per consequens faciunt

faciunt quodlibet venale, vel vsuale carius ementi, quam deberet esse, & vilius vendenti, & sic damnificat vtramque partem.

## DE MUTUO.

**I**N mutuo debet conservari æqualitas simpliciter in numero, pondere, & mensura; quia in mutui datione transfertur dominium: hoc enim sonat vocabulum *mutuo*, scilicet *do tibi meum*: ergo qui cõcedit mutuò, non manet dominus pecuniæ mutuatæ, & per consequens si pro illa pecunia recipiat aliquid ultra fortem, pro non suo recipit, siue vendit non suum.

Alia ratio est: estò quod pecunia maneret sua, tamen illa pecunia non habet ex natura aliquem fructum, sicut habent aliqua alia ex se germinantia, sed tantum provenit aliquis fructus ex industria alterius, scilicet utentis:



Industria autem vnus non est eius, qui concedit pecuniam: ergo volens recipere fructum de pecunia, vult habere fructum de industria aliena, quam tamen non dedit mutuarius ex hoc, quod ab illo accepit mutuum; & hæc est ratio, quare per oppositum fructus lignorum germinantium computantur in sortem.

Petes: si quandoque licet accipere ultra sortem? Respondetur affirmative, quandoque ex pacto; quandoque non ex pacto: ex pacto tripliciter, vel ratione pœnæ conuentionalis; dum tamen non fiat in fraudem vsurarum: V. G. indigeo pecunia mea ad mercandum, mutuo tamen illam tibi ad certum diem, adiciens pœnam conditionalē, quod nisi tali die soluas, quia multum damnificabor, solues postea tantum ultra. hæc pena adiecta licita est, quia licet me feruare indemne, sic præmonedo illum, cum quo contraho.

Signum autem, quod non sit in fraudem vsurarum, est, quando mercator magis vellet pecuniam sibi solui die præfixo, quam

in

in crastino cū pœna adiecta sibi; & per oppositū est in fraudem, quādo vult diē transiri potius, quam pecuniam ipso die solui.

Secundo, ratione interesse: debitor enim, ex cuius non solutione creditor notabiliter damnificatur, tenetur de iustitia satisfacere creditori de interesse: & licet creditor nō possit habere cōtra eum in foro exteriori, vtpote quia non sunt pacta, vel iuramenta; tamen in foro conscientiaē tenetur debitor ultra sortem ad interesse.

Tertio: quando vtrumque, scilicet capitale, & illud supercapitale ponitur sub incerto: quod probatur extrav. de usuris, *cap. naviganti §. ratione*, arguendo per locum à simili: quia sicut hic incertitudo excusat, ita ibi.

Sine pacto etiam licet: solus enim animus sine omni pacto verbali, vel alio signo æquivalenti ostendenti debitori, quod mutuans non mutuaret sine spe lucri, non facit illum recipientem ultra

V 4

sorte

sortem sine pacto, habere alienum, & ideo nec teneri ad restitutionem.

Adverte, quod pecunia habet aliquē usum utilem ex propria natura, utpote ad videndum, ornandum, vel ostendendum possibilitatem tamquam divitem: & ad illum finem potest locari, & pro usu isto, retento dominio, pecunia recipi; & debet idem prorsus restitui, nisi forte sufficiat locati æqualitas in pondere, & valore.

Hinc manifeste colligitur esse usuram, quod ultra sortem recipitur vi mutui, non vero quod recipitur in mutuo ratione pene conventionalis, interesse, incertitudinis utriusque tam capitalis, quam ultra capitale ratione pacti; vel sine pacto ratione gratitudinis; vel ratione usus pecuniæ modo explicato.

### DE DEPOSITO.

**D**epositum est contractus, quo aliquid traditur custodiendum, ut integrum red-

*reddatur.* Depositarius, si bona fide existimet deponitori non displiciturum, potest uti re depositi. Si res usu consumptibilis sit, ut triticum, vinum &c. eaque sit tradita certo numero, pondere, & mensura, non peccat graviter depositarius ea utens, si certus sit se tantundem eiusdem bonitatis habiturum, quando repetatur; secus si pecunia tradita fuerit sacculo, vel arca inclusa, vel munita sigillo.

Petes: si res deposita, commodata, locata, & pignoratane negligenter custodiatur, ita ut pereat; negligentia autem non sit culpa mortalis, teneatur in conscientia ad restitutionem? quidam negant, & quidam affirmant, quia iuridicam culpam in custodiendo contraxit, si ea fuerit lata, & subinde si levis tantum, immo & aliquando si levissima, nimirum quando depositio, commodatio facta est in commodum utriusque, & si pretium pro custodia accipiat.

Cul-

Culpa iuridicalata, seu crassa est, cum quis facit, aut omittit facere, quod ut plurimum non facerent, vel omitterent in ea re homines suæ professionis: ut si quis rem apud se depositam relinquit in loco publico et si in adverteter. Culpa iuridical levis est, cū quis facit, vel omittit facere, quod nō facerent, vel omitterent homines suæ professionis diligentes, ut si quis depositum reliquerit in suo cubiculo, sed negligit ostium claudere. Culpa iuridical levisissima est, cum quis facit, vel omittit facere, quod non facerent, vel omitterent homines suæ professionis diligentissimi, ut si quis ostium obseravit, sed neglexit tentare manu, an esset bene clausum.

Si depositarius (idem est de commo-  
datario) dubitet, an depositum sua culpa perierit, non tenetur in cōscientia ad restitutionem, quia in dubio non præsumitur delictum; in foro tamen externo, si res depositarij manserit incolumis, præsumitur de dolo, nisi depositarius probet

bet depositum casu perijisse, & non potuisse simul cum rebus suis seruari; tunc enim non tenetur, quia præsumptio doli cessat.

Si Domino repetenti depositum remiserit depositarius per hominem, qui fidelis habebatur; isque sibi depositum retinuerit, vel perdidit, Domino perijt.

## D E C E N S U.

**C**ensus est, cum certa summa pecunie a te ius percipiendi quotannis ex bonis tuis, aut certa aliqua re tua utili sive fructifera, certam aliquam pensionem, que consuetudine vel lege taxata fuerit; unde in hoc contractu non emitur, & venditur præcisa ipsa pensio, sed ius eam percipiendi; vel, ut alij volunt, pars ususfructus prædij, super quo census constituitur, ita ut dominiũ totũ directum prædij maneat apud venditorem, dominium vero utile, seu ius ususfructus ex parte vendatur. Talis contractus erit iustus,

quan-

quando seruabitur pretium iustū à lege  
vel consuetudine probatum.

Non possunt venditores, seu censualij  
censualistis obligare rem non potentem  
reddere fructus, saltem tot, quot pensio  
exigit; aut reddentem quidem fructus,  
sed iam alijs censibus venditos.

Si res, super quam impositus est cen-  
sus, pereat, vel fructus eius absque cul-  
pa venditoris, censualistis perit, si-  
cut in emptione res perit damno emp-  
toris.

Licitum est contractui census adijun-  
gere aliud pactum asecurationis: & sic  
si res, super quā fundatus est census, pe-  
reat, id fiat damno venditoris, & obli-  
gatus sit venditor super alia bona sua  
eum statuere, vel restituta sorte eodem  
pretio redimere; debet tamen hoc pac-  
tum venditori compensari, minorem  
pensionem designando, vel augendo pre-  
tium census.

Census duplex est: irredimibilis, &  
redimibilis. Ille est, cum venditor non  
potest

potest illum pro suo arbitrio redimere: iste è contra reddendo emptori eadem summam, quam accepit: vterque est licitus.

## DE CAMBIO.

**C**Ambium est contractus, quo campfor campfario volenti cambit pecunias cum lucro aliquo præter sortem. Quadruplex est: cambium minutum, seu manuale: câbium per litteras: cambium reale: cambium siccum, seu fictum.

Cambium minutum, in quo dantur pecuniæ maiores pro minoribus, vel è contra. Talis contractus est iustus, quia in ipso sunt iusti tituli aliquid lucrandi, nimirum labor campforis in numeranda pecunia, diligentia in pecunia omnis generis conquirenda, vt campfarijs quibusvis sit paratus.

Cambium per litteras est, cum campfor hic, V. G. Pampilonæ prius accipit pecunias, quas postea, litteris datis, alibi V. G. Matriti refundit  
per



per suos factores: talis contractus est licitus, quia in ipso sunt iusti tituli, scilicet virtualis traiectione pecuniæ, & eius assecuratio.

Cambium reale est, cum campfor hic V.G. Pampilonæ prius dat pecunias, ut per suos alibi eas recipiat à campfario, qui ibi habet pecunias, sed eget nunc eis hic: talis contractus est licitus, quia sunt iusti tituli, nempe translationis pecuniæ, & assecurationis.

Cambium fictum, siue ficcum est, cum Thycius indigens pecunijs petit à campfore sibi dari; campfor autem non aliter dat, nisi Matriti, vel alio distante loco solvendas, petitque ab eo pretium, quod solet dari pro locis similibus: Thycius ergo recipit, & tamen vere non cogitat reddere in istis locis, immo totum nec habet ibi correspondentiam, idque constat campfori. Talis contractus illicitus est, quia ipsi deest titulus lucrandi, & est palliata usura.

DE CONTRACTIBVS EMPHYTEVSIS,  
feudi, & libelli.

**E**Mphyteusis est contractus, in quo res immobilis, quæ cultura possit effici melior, conceditur alteri, vel in perpetuū, vel ad ininus ad decennium; ita ut dominium directū maneat apud Dominum, dominium autem vtile transfertur in emphyteutam cum hoc onere, ut quot annis certum canonicem, ut vocant, seu pensionem domino directo soluat: quam si totam solvere negligat 26. annis continuis in emphyteutu Ecclesiastica, cum scilicet res est Ecclesiæ, vel pij loci; vel in seculari 36. annis, incidit ipso iure in pœnam cōmissi, ut Dominus eum expellere possit, et si de solutione interpellatum non fuerit.

Quid iuris sit in hoc contractū, pendet ex consuetudine locorum, quæ varia est; & ex ipsa conventionione contrahentium, quæ scripto instrumento concipi debet, ut valeat.

Feu-

Feudum est contractus, quo res immobilis alicui conceditur cum translatione dominij utilis, proprietate retenta, sub onere non quidem aliquid solvendi, sed exhibendi fidelitatem, & obsequium personale directo domino; quod si item non faciat vassallus [ sic enim dicitur feudi acceptor ] perdit feudum. Interdum etiam in feudo aliquid persolvi debet in recognitionem Domini directi, & tunc ex ea parte deficit à puro feudo, & declinat ad emphyteusim. Quid iuris sit circa feuda, pendet item ex locorum consuetudine.

Contractus libelli, sive datio ad libellum est, cum emphyteuta, vel feudatarius rem illam, quam in feudum, vel emphyteusim accipit simili contractu tradit tertio; ad quem tamen, si in decenium fiat, requiritur Domini directi consensus, ita ut sit quasi subfeudum, & subemphyteusis.

DE

## DE SPONSIONE, ET LYDO.

**S**ponsio est contractus, in quo duo de veritate, aut eventu alicuius rei certantes invicem aliquid spondent, ut id eius sit, quod veritatem affectus fuerit.

Ut licite fiat, requiritur: primo, ut fiat super re dubia: Secundo, ut sit æqualitas in re, quæ spondetur cum æquali incertitudine: tertio, dubius eventus in utroque: quarto, ut uterque eodem sensu accipiat id, de quo certatur.

Petes: si in re, quæ spondetur, sit in æqualitas, & hæc alteri parti sit nota, quæ nihilominus spondere velit, valet ne contractus? Respondetur, quosdam affirmare, quia scienti, & volenti non fit iniuria; quosdam vero negare: omnes tamen concordant non valere, si in æqualitas ignota sit.

Sponsio de futuro eventu, quidam num proximi coniunctum habet, V. G. Petrum intra annum moriturum

X

iure

iure naturæ licita est ; etsi enim detur occasio optandi , vel machinandi mortē Petro, hoc per accidens est : iure tamen humano sæpe prohibetur.

¶ Quando sponsio est cum conditione illicita, V. G. plus altero potaturum, est illicita, quia inducit ad peccatū, non tamen tenetur restitui, quod ea lucratum est.

¶ Ludus est *contractus*, quo ludentes inter se paciscuntur, ut victori cedat, quod uterque deposuit. Tam contractus sponsonis, quam ludi liciti sunt iure naturæ, modo debitæ conditiones adsint, & aliunde nō interveniat scandalum, aut iusta prohibitio, aut iniquitas miscetur.

Si filius familias à parentibus in distant loco alatur, potest ex alimētis moderate aliquid insumere in ludum honestum; quia talis communiter præsumitur voluntas parentum.

Tenetur restituere, qui vicit faciēdo contra conditiones ludi, & decipiēdo, aut fraude alterum ad ludendum pertrahendo.

Non

Non tenetur restituere, qui utitur astutijs illis, quas regulæ ludi, & cōsuetudo recepta patitur, cum uterque sciat tales astutias esse solitas, & sic tacite in illas libere cōsentiat; si vero utitur fraudibus non adhiberi solitis, tenetur restituere non tantum lucrum, sed etiam quantum aliteri valebat spes lucrandi.

Si ludens habet animum non solvendi, vel si perdat repetendi, non potest lucrari, atque adeò nec retinere, quod lucratus fuit, quia fraudulenter decipit, nec alter veller cum eo ludere, si tale sciret.

Mortaliter peccat ludens; primo, quando totum se ludis tradit, sciens in gravia labi peccata, & impotens redditur ad soluenda debita, vel alendos liberos, & uxorem. Secundo, si ludus sit prohibitus, ut ludus alearum, & similes, qui magis in fortuna, & casu, quam industria fundantur: talis ludus laicis est prohibitus ratione circumstantiarum sub veniali; Clericis, sub mortali, maxime si sit

periculum scandalis; contraria tamen consuetudo prædictis legibus derogavit, si Clericus ludat pro recreatione, & simul pro lucro moderato; religiosi tamen, & Episcopi vix à peccato gravi excusari possunt.

Si quis ludo tali vetito lucratus fuerit, non tenetur ad restitutionem iuxta probabiliorem sententiam ante Iudicis sententiam, quia iura non annullant contractus, nec impediunt acquisitionem dominij; sed tantum concedunt, ut possit repeti. Si vero, qui tali lusu perdidit, teneatur postea adhuc solvere? quidam affirmant, quidam negant. Ludere pro psalmo, vel oratione dominica recitanda non est peccatum, nec irreverentia.

### DE CONTRACTV SOCIETATIS.

**C**ontractus societatis est, cum aliqui inter se conveniunt, ut tributis aliquibus rebus ad lucrandum idoneis communi-  
ali-

*aliquid lucrum faciant, sicut, & damnum pro ratione, & rata cuiusque inter se dividendo. Hinc plus lucrari debet, qui confert pecuniam, & operam, quam qui vel pecuniam, vel operam solum.*

Si capitale, seu fors, quam quisvis contribuit, pereat casu, vel culpa sociorum levissima, contribuenti perit: quia sicuti commodum, ac lucrum ad eum expectat, sic etiam periculum, & damnum.

Potest fieri in hoc contractu, ut quis iuste servet sortem suam indemnem, si ad contractum societatis adiungantur duo alij a securacionis, & venditionis. V. G. inis societatem cum mercatore, & contribuis ei mille aureos; & expectas quotannis lucraturum tercentum, cuius lucri dimidium V. G. iure societatis tibi debetur una cum sorte; sed quia ad te quoque pertinere deberet eiusdem sortis periculum, ut ipse id periculum in se suscipiat, & tibi sortem affecuret, in huius oneris

X 3

com



compensationem relinquis ei duas partes lucri, retenta tertia: & rursus, quia spes lucri incerta est, ideo adhuc partem hanc lucri, nempe quinquaginta aureos in spe vendis etiã quadraginta, vel triginta certis, & in re, & sic tandem id lucrum facis, & sortem tervas indemnem.

Societas etiam in pecoribus valide, & licite instituitur; & interdum ita ut tam pecora ipsa, quæ alteri pascenda & nutrienda traduntur, quam emolumenta, & fructus, ipsaq; detrimenta, & damnadanti, & accipienti communia sint; interdum ita ut pecorum dominium, ideoque etiam periculum, sive casus fortuitus expectet ad solum dantem, emolumenta autem fructuum, nempe fætus, lanæ, lactis ad utrumque.

### DE ASSECVRATIONE.

**A** Ssecuratio est contractus, quo quis aliena rei periculum in se suscipit, obligando se, vel gratis, vel pro certa pretio, ad

*eam*

est in compen(s)andam, si perierit; quod si gratis fiat, est gratuita promissio; si pretiū accipiat, est quasi emptio, qua assicurans vendit suam obligationem præstandi alteri rem eius indemnem; ad cuius iustitiam requiritur, ut eventus rei sit utriq; incertus.

### DE FIDEIUSSIONE.

**F**ideiussio, est contractus, quo quis alienam obligationem suscipit implendam, si debitor principalis non solverit. Licet pro fideiussione accipere pretium, & si nullo periculum timeatur, quia ex se pretio est æstimabilis.

Mulieres non tenentur ex fideiussione, nisi in iuramentum adsit, & instrumentum publicum, sicut nec Clerici, nisi quatenus commode solvere possunt.

Fideiussor non potest conveniri regulariter, nisi facta executione principalis debitoris, & constat ipsum non esse solventem.

Debitor tenetur de omni damno sua culpa accidente fideiussori.

Qui fideiussit pro reo, cui periculum capitis impendebat, si hic aufugiat, non est eius loco capite plectendus, quia non præsumitur sic se obligasse, immo nec potest, cum non sit dominus vitæ.

Si debitor sua culpa non solvat, tenetur fideiussor pro ipso solvere; compensando non tantum ipsum debitum, sed etiam damna, & expensas omnes; si vero sine sua culpa ob impotentiam non solverit, ad solum debitum videtur teneri.

DE PIGNORATIONE.

**P**ignoratio est contractus, quo debitor datur creditori rem aliquam mobilem, ut sit pro debito obligata, ex eaque solutio peti possit: aliquando pignus accipitur pro ipsa re, quæ datur. Differt ab hypotheca, quod pignus proprie sit rei mobilis, hypotheca rei immobilis.

Non

Non licet vti pignore contra voluntatem domini; quia res est aliena ad securitatem tantum, & non ad vsum tradita; si vero utatur equo, vel agro, debet valorem vsus, & fructus computare in sortem, deductis expensis.

Possunt pignorari, quæ possunt vendi; quæ enim non possunt vendi, nec pignorari, V. G. Ecclesiæ: item immobilia, & mobilia pretiosa cultui divino dicata, vt calices, casulæ &c. nisi necessitate exigente, quia tunc etiã vendi possunt, vt Ecclesiæ, & indigentibus subueniatur.

Creditor, qui pignus ab aliquo accepit, potest alteri illud pignorare, sed non pro maiori quantitate; nec potest vendere, debitore non solvente, nisi post biennium, prius monito debitore: quidã tamen dicunt posse vendere post trinam monitionem.

Cum in contractu pignoris convenitur, vt creditor utatur pignore, seu hypotheca, V. G. agro, ac fructus inde tamdiu lucretur, donec debitum ipsi

restit-

restituatur, talis contractus vocatur *Antibriseos*, qui videtur vsurarius, quia creditor ultra sortem aliquid lucratur causa solius mutui: potest tamen honestari, si lucrum cesset, aut damnum emer-  
gat, dum debitum differtur.

### DE POENIS CANONICIS.

**P**œna Canonica: est pœna infligenda per  
Canones prohibens, vel arcens punitum  
ab aliquo gradu Ecclesiastico, qui aliis sibi li-  
beret; hoc ultimum additur, quia si alias  
non liceret sibi, non esset pœna; quia non  
est pœna laico, quod non possit confice-  
re, quia hoc aliis sibi non comperit, sed  
Sacerdoti pœna esset: dixi *secundum Ca-  
nones*, quia sive à Canone infligatur, sive  
à Iudice, ad hoc ut sit iusta debet secun-  
dum canones infligi: dixi *prohibens, vel  
arcens*, quia pœna, de qua loquimur, vel  
intelligitur arctare tamquam prohibito  
tantum, vel si aliquo modo ulterius, iste  
modus continetur sub *arcere*.

Sep.

Septuplex est poena canonica: depositio, degradatio, infamia, irregularitas, excommunicatio, interdictum, & suspensio. Depositio est omnium maxima, & est *totalis amotio ab statu Clericali*; & si degradatio ab omni gradu Clericali sit amotio; tunc idem est depositio, & degradatio; si autem degradatio sit depositio tantum à determinato gradu, reservato tamen gradualio, (sicut à Sacerdotali gradu, remanente gradu Clericali) tunc degradatio est quædam partialis poena respectu depositionis.

Amovetur depositus à statu Clericali tollendo sibi licentiam exercendi actum cuiuscumque ordinis, & etiam privilegium illud, quod ordinatis competit: non vero sibi tollitur character ordinis, nec per consequens ordinis suscepti: unde depositus traditur curiæ sæculari; & quantum ad actus Ecclesiasticos, & tutelam personarum Ecclesiasticarum, & quantum ad forum, totaliter excluditur à numero personarum Ecclesiasticarum.

Dic-

Dicta pœna infligitur à Iudice, numquam à iure: forma autem secundum quam infligitur habetur extrav. de pœnis, C. de gradatio, & est hodie in sexto libro.

Causæ propter quas infligitur ista pœna, sunt peccata enormia, utpote hæresis, schisma, revelatio confessionis: de primo extrav. de hæreticis, ad abolendam. De secundo, extrav. de schismaticis, ad sciendos. in sexto. De tertio, extrav. de pœnit. & remis. omnis utriusque sexus.

Remittitur dicta pœna non nisi per restitutionem in integrum ab eo, qui potest restituere, qui ponitur solus Papa, quamvis legitime depositus non legatur postea restitutus.

### DE INFAMIA.

**I**nfamia est status lese dignitatis quantum ad vitam, & honores, sicut fama est status illeso dignitatis quantum ad vitam,

*De moribus*: ubi sciendum, quod non est idem esse infamem, & infamatum: infamatus est, qui de crimine aliquo publice accusatur: infamis, qui crimen publice commisit, ut forte, si publice per iuravit, vel quodcumque aliud, crimen publice commisit, propter quod ius determinat aliquem fore infamem; vel quia à iudice, coram quo probatur crimen eius, iudicatur infamis; ita quod omnis infamis est publice notatus de crimine, quod ius punit pœna infamiæ: quod si in iudicio de tali crimine non sit convictus, dicitur infamis tantum à iure; si à iudice convictus, tunc utroque modo infamis dicitur, à iure, & à iudice.

A iure omnes infames esse dicimus, quos leges seculi infames appellant in sexto q. 1. *infames*: ergo iam illæ leges seculares punientes crimen infamiæ, sunt canonicæ, quæ leges seculares habentur ff. de his, qui notantur infamia, per totum. Remedium contra infamationem est

pur:



purgatio canonica, vt habetur extrav.  
*de purgatione canonica, ex duorum*: illa  
 enim purgatio canonica totaliter tollit  
 infamationem illam.

Contra infamiam à iure, & à Iudice  
 non est remedium, nisi restitutio in inte-  
 grum ab eo, qui potest sic restituere, ex-  
 trav. *de textibus. 9. testimonium in glossa*  
*arceatur.* Ista pœna est simpliciter gra-  
 vior quantum ad vitam civilem, quam  
 depositio, nisi ista includat illam, quia  
 illa prohibet ab omni actu legitimo, etiã  
 post actam pœnitentiam, quia talis per-  
 sona vilis est, Extrav. *de regulis iuris*  
*infamibus portæ dignitatis patere non*  
*debent.*

### DE IRREGULARITATE.

**I**rregularitas est pœna canonica prohibens, & inhabilitans ad susceptionem, & executionem actuum ordinum. Ista pœna incurritur frequenter à iure; quamvis possit aliquando infligi à Iudice secundum ius.

A

A iure incurritur ex quibusdam criminibus, & ex quibusdam non criminibus, & ex quibusdam, que quandoque possunt esse crimina, quandoque non crimina. Ex criminibus quatuor pertinentibus ad ordines, vel actus eorum: quorum vnū est simonia: aliud furtum in ordine: tertium ministerium in ordine non suscepto: quartum, contumacia in non seruando pœnas Ecclesiasticas.

Simonia vel potest esse in ordine, vel in beneficio: si in ordine scienter, ita quod ordinatus sciat se simoniace ordinari, solus Papa dispensat, Extrav. de simon. Nobis, & 1. quest. 1. si autem est ignorans ignoratia invincibili, utpote quia alius, de quo pœnitus nescit, pretium dedit, ut ordinaretur, non efficitur irregularis, nisi postquam cõstiterit sibi exequatur actum ordinis sic suscepti: vnde postquam sibi constat de ordine sic suscepto, suspensus est ab actu illius ordinis, quousque à tali suspensione liberetur.

Si-

Simoniacus in beneficio non sic graviter punitur, tamen ex quo sibi constat, quod simoniace illud obtinuit, tenetur beneficium resignare; & toto tempore, quo tenet, iniuste tenet, & debet restituere omnia, quæ percepit. Hæc probatur de simonia in diversis capitibus.

Suscipiens furtive ordinem, aut est prohibitum per excommunicationem, nequis accedat, nisi de illo Episcopatu, & prius legitime examinatus, & approbatus; aut non est talis excommunicatio, vel prohibitio: in utroque casu se ingrens est irregularis; sed in primo indispensabiliter, nisi per Papam; in secundo dispensabiliter per Episcopum. Probat<sup>ur</sup> extrav. de eo, qui furtive ordinem suscepit. in 1. cap. & 2. in textu, & in glossa.

Ministrans in ordine non suscepto, incurrit irregularitatem: habetur extrav. de Clerico non ordinato ministrante, per totum.

Ministrans in censura incurrit irregularitatem: habetur extrav. de Clerico

ex:

excommunicato, vel deposito ministrante, per totum quod intelligendum est de maiori excommunicatione; licet enim in minori celebrans graviter peccet, nullius tamen irregularitatis notam incurrit: intellige etiam, postquam scivit se esse excommunicatum; si enim haberet ignorantiam invincibilem, non teneretur cavere ab actibus ordinum, nec exercendo illos incurrit irregularitatem, ut habetur extrav. *Apostolica. in glossa.*

Vnde, si quis excommunicavit alium per litteras, & à tempore sigillationis litterarum voluit eum statim esse excommunicatum, ille non tenetur se habere pro excommunicato, quousque litteræ ad eum pervenerint. Si autem non sit ignorantia invincibilis, nec omnimoda incertitudo, ut si per famam, vel rumore publicum devenerit ad eum notitia de excommunicatione, irregularis est, licet cum eo mitius agatur: habetur extrav. *de translatione Episcoporum inter corporalia.*

V

Non

Non servans interdictum, vel suspensionem, incurrit irregularitatem. De interdicto habetur extrav. *de excessibus Prælatorum, & Subditorum, cap. tanta*; de nō servate suspensionē, habetur extrav. *de sententia, & re iudicata, cū aterni, & extrav. de sentent. excom. cum medicinalis.*

Seqūitur etiam irregularitas tria non crimina, vtpote servitutem, illegitimationem, & turpem, vel enormē mutilationem, vel infirmitatem. De servitutē patet, *dist. 54. extrav. de servis non ordinandis*, per totum. Ratio est, quia servus est possessio Domini, & ideo non debet ab eo auferri, ipso invito; quando autem ordinatur fit inhabilis ad quosdā actus serviles; si tamen de facto fuerit ordinatus, Domino inscio, nec de novo consentiente, debet sibi reddi, tamen Dominus nō debet eum actibus de decentibus ordini suo applicare, sed debet servire Domino suo in actibus de centibus statui suo.

De illegitimatione patet, extrav. *de filijs*

*filij presb. non ordinandis, cap. 1. & 2.*

Ratio est, quia præsumuntur imitatores paternæ incontinentiæ; præsumuntur etiam male morigerati, quia male educati; tamen cum eis satis faciliter dispensatur. Vnde Benedictus 11. cum quodam tali sine dispensatione ordinato, & in ordinibus ministrante, postea faciliter dispensavit.

De turpi, vel enormi mutilatione, vel infirmitate habetur *extrav. de corpore victatis non ordinandis, cap. exposuisti, & 55. dist. si Evangelica & precedenti; & extrav. de Clerico debilitato.* Quod si non sit mutilatio deformis, nec ipsi fuerit in ipsius culpa, non excluditur, vt habetur *dist. 55. Siquis à Medicis: & duobus capitibus sequentibus;* si autem fuerit in culpa, vt si se ipsum mutilaverit, irregularis est, vt habetur *cap. siquis absciderit;* cum tali vix dispensatur: vnde Nicolaus 4. cū difficultate magna dispensavit cum quodam tali, quamvis religioso. Consimiliter est dicendum de infirmitate enormi,

Y 2

vel

vel non enormi.

Sequitur etiam irregularitas duo, quæ quandoque possunt esse cum culpa, quandoque sine culpa, videlicet homicidium, & bigamiã. Sub homicidio continetur mutilatio activa enormis alterius hominis, vt habetur extrav. de homicidio voluntario, & involuntario; §. 55. dist. cap. ultimo. 50. dist. miror; & hoc propter horrorem sanguinis effusi: quod intellige de homicidio simpliciter voluntario: si enim simpliciter est involuntarium, in nullo nocet, dist. 28. si sit involuntarium secundum quid, vtpote nõ potuit evadere mortem, nisi occideret, iure novo non est irregularis, Clementina unica de homicidio; si autem est casuale, & dedit operam rei licitæ, & adhibuit debitam diligentiam, nullam pœnam incurrit: altera dictarum conditionum prætermissa, incurrit pœnam irregularitatis.

Bigamiam, siue ante baptismum, siue post sequitur irregularitas; habetur ex-

presse

preſſe, *cap. acutius, diſt. 26.* Homicida tamen ante baptiſmum, poſt baptiſmū non eſt irregularis: habetur in gloſſa expreſſe *diſt. 50. ſi quis viduam.*

Ratio, quare bigamus incurrat irregularitatem, eſt, quia non poteſt representare Chriſtū vnicum ſponſum vnius ſponſæ Eccleſiæ, cum bigamus habuerit duas, vel vnā, quæ fuit duorum. Hæc irregularitas eſt ex ſtatuto Eccleſiæ, quod quidem ſtatutum fuit rationabile, quia ſemper in bigamo remanet defectus Sacramēti, ideſt ſignificationis, que requiritur in Sacerdote representate perſonā Chriſti in cōparatione ad Eccleſiā: vnde per baptiſmum non tollitur effectus, niſi poſtea per ſpecialē diſpēſationē.

Homicida vero fit inhabilis ad ordines propter horrorē ſanguinis effuſi, propter quem horrorē David fuit prohibitus ædificare templum Domino, 2. *Regum cap. 7.* Iſte autem horror tollitur in baptiſmo; quia præſupponitur, quod de lupo factus ſit agnus, ſicut & Paulus

X 3

ante



ante bap̄tismum persecutor, post bap̄tismum factus est ovis, & pastor.

### DE EXCOMMUNICATIONE.

**E**Xcommunicatio maior, quæ simpliciter est excommunicatio, est exclusio à communione fidelium forensi, civili, & Ecclesiastica. Excommunicatio minor prohibet usum passivum, seu receptionem Sacramentorum.

Excommunicatus majori excommunicatione, alter est toleratus, quem fideles non tenentur vitare, extray. *in super ad evitanda scandala*; alter non toleratus, quem tenentur vitare; & quidem post Concilium Constanciense non tolerati sunt, notorius Clerici percussor, cuius factum nulla potest tergiversatione celari; & quivis nominatim excommunicatus, & specialiter ac publice denunciatus: vnde licet sit notorie hæreticus, & consequenter excommunicatus, si non est nominatim, ac publice denunciatus, non est vitandus.

Inj

Incurritur excōmunicatio maior quādoque à iure, quandoque à Iudice: & quidem à iure, quandoque erat possibile dicere numerum, immo erat parvus numerus, quando fuerunt decretales compilatę sub Gregorio nono, hodie maximus.

Excōmunicatio maior infligitur pro peccato mortali gravi, quod etiam comitetur contumacia; quia quando aliquis est paratus satisfacere pro culpa, & audit Ecclesiam, quare habendus est; sicut ethnicus, & publicanus: cum secundum Xpūm pœna ista infligatur quasi vltima illi, qui non vult audire Ecclesiam, & est finaliter contumax?

Minister iuris ad simpliciter excommunicandum nullus est, nisi cui subsunt omnes fideles, scilicet Papa: nec aliquis alius, nisi vt commissarius autoritate illius.

Relaxatur excommunicatio per absolutionem factam ab illo, qui excōmunicavit, si est excommunicatio à Iudice,

Y 4

vel

vel a Superiore eius. Si autem est à iure, per absolutionem eius, qui ius condidit; immo per absolutionem cuiuscumque Sacerdotis, quando legislator non reservavit sibi istam excommunicationem. Excomunicatio est simpliciter gravior irregularitate; quia illa excludit ab omni communione alias licita: ista tantum ab his, quæ pertinent ad ordines.

Excommunicationis maioris effectus, alij sunt mediati, sive remoti, ut irregularitas, quam excōmunicatus incurrit exercendo actū alicuius ordinis, & suspensio de hæresi, si toto anno in excommunicatione contumaciter persistat.

Alij sunt immediati, ut privatio communionis Ecclesiasticæ, quæ consistit in privatione susceptionis Sacramentorū; unde nullus excōmunicatus siue toleratus, siue vitandus potest licite recipere Sacramenta, nisi excuset ignorantia invincibilis, metus mortis, infamiæ, iacturæ bonorum, quia censura non obligat cum tanto rigore.

Dixi

Dixi *sicite*, quia valide suscipit omnia Sacramenta. De Sacramento pœnitentiæ aliqui negant, quia excommunicatio tollit iurisdictionem, quæ necessaria est, ut absolutio sit valida: alij probabilius affirmant, quia excommunicatio pœnitentis per se nō tollit, quod est de substantia Sacramenti, nec aufert iurisdictionē Sacerdotis in excōmunicatum, nec reddit subiectū incapax Sacramentorū, ut patet in alijs Sacramentis: solū ergo excommunicatio est vinculū, quod habet adiunctum præceptū non recipiendi Sacramenta, consequenter tantū reddit receptionem iniquam, & illicitam, non autem invalidā: si ergo sit aliqua causa excusans à trāsgressione præcepti, & à peccato, erit valida, & fructuosa receptio pœnitentiæ. Quare qui ex ignorātia, aut bona fide, vel gravinecessitate ad vitādū scādālū, seu infamiā, absolutionē peteret peccatorū tantū, vel si Sacerdos ex malitia, aut oblitus cōfessā excōmunicationē absolvere, peccata absolveret, haberet absolutio suum effect-

effectum, quantum ad remissionem peccatorum; nec esset necessarium confessionem iterare, sed sufficeret postea absolutionem ab excommunicatione petere.

Si vero quis scienter subtericeret excommunicationem, & peteret absolutionem peccatorum, peccaret mortaliter, & absolutio esset nulla, non ratione excommunicationis, sed peccati in confessione commissi.

Secundus effectus est privatio iurisdictionis activæ in alios, si denunciatus est vitandus. Si vero sit toleratus, potest administrare, si inuitatur, & ab eo petitur Sacramentorum administratio, quia sicut petens iustè petit, ita administrans iustè administrat.

Petes: an peccarent fideles, si sine necessitate, vel magna utilitate parochum inducerent maiori excommunicatione excommunicatum ad Sacramentorum administrationem, quando alius minister haberi possit? Respondetur affirmative secundum communem doctrinam; **contrarium**

rium tamen est probabile ob facultatem concessam à Concilio Constantiensi, cum talibus cōmunicandi in Sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscumque Divinis, *extrao. insuper adevitāda scandala*; & sic, nec ille qui perit à tali Sacramentū, nec ipse, met excommunicatus, si conferat, præcise ob censuram, peccat. Non tolerato autem, & vitando illicita est Sacramenti administratio præterquam in casu extremæ necessitatis, extra quam valide illud administrat, sed non licite, excepto Pœnitentię Sacramento, quia ad hoc requiritur iurisdictio, qua ipse caret.

Tertius est privatio communium Ecclesie suffragiorum, orationum, & fructuum indulgentiarum, non vero orationum privatarum.

Quartus, privatio Divinorum officiorū, cum non tantum careat eorum fructu, sed etiam sub mortaliis nequeat interesse parti notabili, ita vt moraliter censetur cum alijs cōmunicare; nisi excu-

sare

faret ignorantia, vel necessitas vitandi scandali: similiter peccant, qui cum excommunicato vitando eidem Missæ interfunt, quia participant cum illo in divinis.

Secus si transiens per Ecclesiam aliud tractaret, vel breviter priuatim, aut omnino separatim oraret; aut si alijs vnum sacrum audientibus, vitandus aliud audiret, quia sic moraliter non censeretur communicare cum alijs, nec coniungerentur ad vnam orationem fundendam.

Per Divina officia intelliguntur sacrificium Missæ, publica oratio, processio, recitatio horarum, benedictio olei, aquæ, candelarum, & cætera annexa ordini clericali, quæ solemniter fiunt, (excepta concione) in quibus tenentur fideles non toleratum, seu vitandum sub mortali vitare. Sic participare cum vitando ex genere suo est mortale; ex paruitate tamen materiæ potest esse veniale, vt si exigua pars Missæ V. G. vs-

que

que ad Evangelium tantum, cum illo audiatur, vel si horæ priuatim cum eo recitentur. *M. nobis obstat vobis incommo-*

Si vitandus præsens sit, quid faciendum? Respondetur: moneri debet, vt recedat; si nolit, debet extrudi, vel exportari, licet sit Sacerdos, nisi tamen grauius inde timeatur incommodû; ob quod si expelli non possit, omittendum est officium etiã die festo; & si celebrans nondum inchoauerit canonem, debet abrumperemissam; si canonem inchoauit, potest, ceteris abeuntibus, sacrû prosequi, vel abrumperem: si consecraverit debet, solo ministro manente, pergere vsque ad communionem inclusive, & reliqua perficere in sacristia, vel alio deceti loco.

Excommunicatus negligens procurare absolutionem eo fine, vt non audiat sacrû die festo, peccat mortaliter omit-tendo sacrum; si etiam obligatus est ad horas, non excusatur ab illis: non tamen dicere debet *Dominus vobiscum*, sed *Domine exaudi orationem meam*.

Colla-



Collatio beneficij, præsentatio, vel electio, institutio, & confirmatio facta excōmunicato, non est valida. Ratio est: quia excōmunicatus etiã toleratus non potest cōmunicare in officio, proindeq; est incapax beneficij, quod datur propter officium; idque, licet ignoretur excommunicatio, quia ignorantia invincibilis, et si excuset a culpa, non tamen supplet defectum conditionis requisitæ.

Si excōmunicatus privetur beneficio ante obtento? est probabile non privati; fructus tamen, & distributiones non facit suas, ideoque eas tenetur restituere, etiã ante sententiam Iudicis, quia est privatus officio, fructus autem datur propter officium: probabile tamen est ex cōsuetudine non teneri ante sententiã, modo per se, vel per alium interserviat beneficio.

Quintus privat cōmunicatione forensi; unde excōmunicatus nequit esse Iudex, Advocatus, Procurator ( licet pro semetipso possit ipse respōdere) Actor,

Ta-

Tabellio, testis &c. ita vt contra excommunicatū etiam toleratum semper possit reus excipere; quod si non faciat, nec Iudex eum repellat, valida erunt eius acta. Non toleratus nequit esse Iudex, cum sit privatus iurisdictione.

Excommunicatus non potest esse tutor, ac curator, neque testamenti executor; si tamen non fiat oppositio, valide exequitur.

Contractus omnes facti ab excommunicato valent, nisi fiant ab eo, vt persona publica, vel ministro ratione muneris, vel beneficij, quia tunc expectant ad iurisdictionem, quæ suspensa est; sunt tamen tales contractus illiciti, & ratione eorum non datur actio in foro externo, durante executione.

Excommunicatus non toleratus, cū privetur usu iurisdictionis, non potest valide eligere, conferre, præsentare, ferre leges vel sententiã, & sic qui beneficium à non tolerato accepit, dicendus est intrusus, ac proinde tenetur sine alia iuris  
decla

declaratione beneficium vnâ cum fructibus relinquere: dixi *non toleratus*, quia acta tolerati probabile est esse valida ad bonum commune; graviter tamen peccat, si absque necessitate talia exercent.

*Non toleratus* privatur ecclesiastica sepultura, ita vt non possit in loco sacro, seu benedicto sepeliri: & si contrarium fiat, & corpora discerni possint, debet exhumari, neque in eo loco divina possunt peragi ante reconciliationem.

Sextus, privatio communionis civilis; ita vt ipse non possit cum alijs, & si non est toleratus, etiam alij cum ipso non possunt communicare; idque in casibus sequenti versu comprehensus:

*Os, orare, vale, communicatio, mensa negatur.*

*Os*, per quod intelligitur osculum, & omne colloquium etiam privatû: item per nutus, litteras, internuntium, & quodvis signum benevolentia.

*Orare*, idest omnis communicatio in Divinis.

*Vale*, quod comprehendit omnem sa-

lu-

lutationem saltem honorificam, verbo, vel signo, vel amplexu; & secundū quosdam etiam resalutationem, eo quod sit actus observantiæ; contrarium tamen videtur verius, quia est solutio debiti; est etiam probabile, quod sola verba resalutationis sint prohibita.

*Communio*, quæ comprehendit omnem contractum; item cohabitationem, cooperationem, societatem in contractibus; nec iter cum eo tamquam cum socio facere licet.

*Mensa*, per quam intelligitur conviviū per modum societatis, & commercij, qualis non est, si catu incidas in idem hospicium, iter, mensam, immo lectum.

Communicare cum excommunicato nō tolerato in Diuinis est peccatum mortale propter gravitatem materiæ; in civilibus autem etsi inducat excōmunicationem minorem, secluso tamē contemptu, rātū est veniale regulariter loquēdo; quod addo, quia aliquādo est mortale, ut si quis cum excōmunicato communicet

Z

ia

in eodem crimine, ut si quis concubinam excommunicatam cognoscat.

Aliquando licet cum non tolerato communicare, ut in casibus sequenti versu comprehensis:

*Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.*  
*Vtile*, scilicet in casu utilitatis, siue spiritualis ipsius excommunicati V. G. ut convertatur; siue alterius, ut ab excommunicato consilium petat, quod ab alio habere non potest: siue etiam temporalis, ut V. G. ab eo restitutio, vel debitum ex contractu petatur.

*Lex*, idest in casu legis matrimonialis; & sic uxori licet communicare cum marito, & e contra (nisi factum fuisset divortium: ) non tamen sponso de futuro cum sponsa.

*Humile*, idest in casu subiectionis, quomodo possunt filii etiam emancipati, adoptivi, illegitimi, immo etiam pronepotes, & in eodem gradu affines, communicare cum patre, vel avo: servi, & ancillæ cum domino, si ante excommunicatio-

tionem fuerint in seruitio: similiter subditi cū Prælatō, nō tamen nisi quoad eam cōmunicatiōnē, quæ ab habitantibus in eadem familia euitari non potest.

*Res ignorata*, idest in casu ignorantie iuris, vel facti.

*Necessē*, idest in casu necessitatis, siue anime, siue corporis, siue bonorum temporalium.

DE SUSPENSIONE.

Suspensio est Ecclesiastica censura privas Clericum usu ecclesiastici officij, aut beneficij, vel ordinis, in totum, vel in partem; & sic alia est ab officio tantum: & per officium intelligitur tam officium ordinis, quam officium iurisdictionis Ecclesiasticæ: alia est à beneficio tantum: & nomine beneficij veniunt dignitates, Canonatus, beneficia, siue curata, siue simplicia, & alia huiusmodi. Alia est ab officio, & beneficio simul: rursus illa, quæ est ab officio tantum, aliquando est à toto officio,

Z 2

cio,

cio, quando scilicet quis privatur omni  
 vfu sui officij: aliquando à parte, vt Sa-  
 cerdotio, ac diaconatu.

Alia est pœnalis, & fertur in pœnam  
 delicti præteriti, & hæc non est censura:  
 alia medicinalis, quæ fertur in emenda-  
 tionem, & bonum delinquentis. Deniq;  
 alia est temporalis, alia perpetua; alia à  
 iure, alia ab homine.

Causa efficiens suspensionis est potes-  
 tas ferendi suspensionē, quæ fuit à Chris-  
 to; institutio vero ab Ecclesia, cuius ini-  
 tium fuit tempore Apostolorum: potes-  
 tas ordinaria est in Episcopis, dele-  
 gata potest esse in alijs Clericis.

Causa materialis est is, qui suspendi  
 potest, & talis est solus clericus, quia  
 omnis suspensio, velet ab officio, vel be-  
 neficio, & officium, & beneficiū est pro-  
 prium Clerici.

Causa formalis, & motiva suspensio-  
 nis est peccatum, propter quod suspensio  
 fertur, & quidem si sit gravis, requirit  
 peccatum mortale; si levis, potest etiam  
 fer-

ferti pro veniali ; in iure autem communiter gravis est , & semper supponit culpam gravem.

Causa finalis suspensionis est suspensæ utilitas , hanc enim intendit Ecclesia, quando corrigit, & castigat.

Suspensionis effectus sunt plures. Primus, suspensus peccat mortaliter in suo genere exercendo actum , à quo est suspensus , quia violat præceptum Ecclesiasticum in re gravi.

Secundus: suspensus ab ordine non solum peccat exercens actum talis ordinis, sed etiam fit irregularis, si exercitiū sit solemne maioris ordinis: suspensus tamen à susceptione Sacramentorum non fit irregularis illa recipiendo, sicut nec suspensus à beneficio recipiendo fructus beneficij, quia non violat censuram per exercitiū ordinis sacri.

Tertius: suspensus privatur communione aliorum in eo , in quo est suspensus, ita vt peccet communicando cum alijs, sicut & alijs communicando cū

Z 3

ip.



ipso ; intellige de suspensio nominatim denuntiato , & de actibus suspensionis pertinentibus ad ordinem aliquem.

Quartus, acta iurisdictionis propria à suspensio à iurisdictione, seu ab officio nominatim denuntiato, invalida sunt, nisi adsit titulus coloratus, & error communis vulgi.

Quintus, suspensio lata absolute absque limitatione expressa vel tacita absolute suspendit ab omnibus, quia verba accipienda sunt prout sonant; si vero feratur cum expressione alicuius effectus particularis, extenditur ad illum effectum, & ad ea, quæ sunt illi annexa, & nõ ad alia, quia censura ea efficit, quod significat.

Hinc, suspensus à iurisdictione nõ censetur suspensus ab ordine; nec suspensus ab ordine censetur suspensus à iurisdictione, quia vnum ab altero non pendet: sic suspensus à Pontificalibus, tantum suspenditur ab exercitio eorum, quæ concernunt usum ordinis Episcopatus.

Si

Si suspensus ab officio predicandi, incurrat irregularitatem, si concionetur saltem cum solemnitate? Variant Doctores; sed verior est negativa, quia predicare non est per se exercere usum ordinis.

Suspensus absolute ab officio, censetur suspensus ab officio ordinis, & iurisdictionis, quia usus ordinis, & iurisdictionis competit ratione officij absolute prolati.

Suspensus à beneficio privatur usu iuris ad recipiendū temporale emolumentum fructuum cuiuscumque generis, conditionis, & qualitatis sint; quia beneficium absolute sumptum complectitur omnia beneficia, nō tamen privatur distributionibus, quæ non intuitu beneficij, sed servitij dantur.

Suspensio à beneficio in poenam delicti perpetrati tradenda est portio fructuum sufficiens ad congruam sustentationem taxandam autoritate superioris, quando suspensio est ab homine per sententiā;

si vero sit a iure, nec delictum deductum fuit ad forum contentiosum, taxari potest arbitrio prudentis viri.

Si suspensio est lata pro contumacia, suspensus non est alendus ex fructibus beneficij, quia suæ malæ voluntati tribuitur talem pati necessitatem, *cap. Pastoralis, §. verum de Appellat.*

Si suspensio lata sit simpliciter, & absolute absque conditione, vel limitatione temporis, durat donec auferatur per absolutionem; si vero cum temporis determinatione, durat intra tempus determinatum, quo elapso cessat, quia censura non ligat ultra suspendentis voluntatē.

Suspensio ab officio simpliciter lata absque loci determinatione valet pro omni loco, quia suspensio sequitur suspensum ubicumque sit; & licet Prælati non possit obligare extra territorium per statutum, vel legem, potest tamen per præceptum particulare, quod imponitur personæ, & immediate eam respicit. Idem dicendum de suspensione

simpliciter à beneficio absque loci determinatione quamvis non desint contrarium sentientes probabiliter, ubi extat consuetudo.

Suspensio lata in puram poenam tollitur, primo per temporis lapsum, si ad determinatum tempus lata sit. Secundo per dispensationem superioris. Tertio per absolutionem. Si vero lata sit cum conditione ( *donec satisfeceris* ) exhibita satisfactione cessat, quia talis conditio videtur præscribere terminum; contrarium tamen videtur tutius, si suspensio sit lata tamquam censura.

Suspensio, quæ est ab homine, absoluitur ab eo, qui tulit sententiam, vel ab eius successore, vel à superiore. A suspensione in poenam possunt absolvi privilegiati Mendicantes ex concessione facta Patribus Societatis à Paulo tertio.

Quando suspensio à iure in puram poenam est lata ad certum tempus, vel in perpetuum, potest tantum auferri ab autore

cano

canonis, quia talis suspensio fertur cum stabilitate, & virtualiter autor canonis sibi reservat, ne ante illud tempus ullus inferior absolvat; quæ suspensio non auferitur per absolutionem, sed per dispensationem; dispensatio autem ex sua natura censetur reservata, nisi explicite concedatur.

Suspensio lata ob contumaciam, antequam tollatur contumacia, non potest tolli nisi ab autore illius, vel superiore; post ablatam contumaciam, etiam à successore in officio, si sit ab homine; si vero sit à iure, tunc si est reservata, tantum poterit autor, superior, vel successor tollere; immo etiam Episcopus, si sit reservata Papæ, & delictum sit occultum, ex concessione Tridentini, *sess. 14, cap. 6.* Si vero non fuerit reservata poterit ab ea absolvere quilibet Ordinarius.

Forma absolvendi à suspensione hæc est in usu: *ego te absolvo à vinculo suspensionis, in quam incurristi, & restituo te ad executionem tui muneris, vel ordinis, vel ad tuum beneficium.*

DE

## DE INTERDICTO.

**I**nterdictum est Ecclesiastica censura prohibens aliquorum Sacramentorum & sum, Divina officia, & sepulturam Ecclesiasticam.

Triplex est: locale, quo directe interdicitur locus, ne in eo Divina officia audiantur ab incolis, vel extraneis, quavis personæ loci interdicti possint alibi audire Divina officia,

Personale: quo prohibetur populus, vel aliqua persona particularis audire Divina officia, ubicumque sit, & ideo immediate dirigitur ad personam.

Mixtū cōplectitur locale, & personale, & interdicit locum simul & personas.

Interdictum tam locale, quam personale dividitur in generale tantum, aut particulare tantum, aut generale simul & particulare,

Interdictum locale generale illud est, quo interdicitur locus universalis, ut Regnum, aut Provincia, aut Diocesis, aut Civitas, aut Villa, aut Castrum: unde interdictum Parochiæ est generale,

si

si in civitate, oppido, vel castro non sunt  
aliæ Parochiæ.

Interdictum generale personale est,  
quo interdicatur generaliter populus to-  
tius Regni, vel civitatis, &c.

Speciale vero, quo interdicatur pars  
aliqua populi, communitatis, vel aliqua  
specialis persona.

Si interdicto Clero censeantur inter-  
dicti religiosi? Variant Doctores; qui-  
dam affirmant, quia populus distingui-  
tur in Populum, & Clerum: Religiosi  
non comprehenduntur sub nomine po-  
puli: ergo sub nomine Clerici, sicque in-  
terdicto Clero, censeantur interdicti Re-  
ligiosi: quidam negant, quia licet Reli-  
giosi in favorabilibus veniant nomine  
Cleri, non tamen in odiosis.

Cives communitatis interdictæ ab-  
sentes dum fertur interdictum, subia-  
ceat interdicto, quia sunt pars commu-  
nitatis interdictæ; si vero actu habeant  
alibi domicilium, aut alio transferant  
domicilium, non subiacent interdicto,

mo.

modo ipsi non dederint causam culpabilem interdicti.

Hinc, interdicto populo, non intelliguntur interdicti extranei alterius civitatis, ut sunt scholares, quamvis ad longum tempus ibi habitent, quia non sunt pars illius populi.

Habens duo domicilia, vnum in eo loco, in quo totus populus est interdictus, aliud in alio loco, ubi non est interdictus populus, si sit ipse interdictus, aliqui affirmant, aliqui negant.

Amentes, & pueri carentes usu rationis non censentur interdicti, interdicta communitate, quia infantes, & amentes non sunt capaces doli, & culpæ.

In interdicto personali non includitur Iudex, qui interdictum tulit, quia non habet iurisdictionem coactivam in seipsum, sicut nec in superiorem, vel equalē, sed tantum in subditos. Si vero interdictum sit locale includitur etiam ipse Iudex, quia effectus interdicti sunt instituti a iure cōmuni, in quo non potest Iudex

in-



inferior Papa dispensare.

Effectus interdicti sunt tres ; privatio activa, & passiva quorundam Sacramentorum: privatio activa ; & passiva Divinorum officiorum: privatio Ecclesiasticę sepulture, & ingressus Ecclesię.

Tempore interdicti localis possunt administrari Sacramenta Baptismi, Pœnitentię, & Confirmationis: excipiuntur excommunicati, qui non admittuntur ad Pœnitentiam tempore interdicti, nisi in articulo mortis: item illi, quorum culpa, dolo, vel fraude latum est interdictum. Denique illi, qui auxilium, consiliũ, favorem ve dederunt ad delictum perpetrandum, propter quod latum est interdictum: isti enim absolvi non possunt, nisi prius satisfaciant; vel si hoc non possunt, idoneam saltem cautionem dent de satisfaciendo ; vel saltem, quando hæc præstare non possint, iurent se, quam primũ poterũt, satisfacturos, simulque curaturos, vt ab alijs satisfiat.

Eucharistię Sacramentum tempore inter-

interdicti localis administrari potest in probabili mortis periculo existentibus cum solita solemnitate; alio vero tempore, secluso privilegio, non licet in loco interdicto Eucharistiam summere.

Si tempore interdicti localis liceat matrimonium contrahere? Variant Doctores: quidam affirmant; quidam probabilius negant, quia matrimonium est Sacramentum, licet sit contractus, Sacramenta autem non possunt licite administrari tempore interdicti localis, exceptis Sacramentis iure expressis.

Tempore interdicti generalis personalis potest administrari Sacramentum Baptismi, Pœnitentiæ, & Confirmationis; si vero aliquis speciali, & personali interdicto ligatur, aut dedit causam interdicto, ad Sacramentum Cōfirmationis non potest admitti, nisi prius condignam satisfactionem ab Ecclesia præscriptam præstiterit, quia talis est reus culpe cum contumacia: Sacramentum vero Baptismi, nisi in casu necessitatis, & hoc  
pri;

privatim: similiter Sacramentum Pœnitentia, nisi in casu necessitatis;

Secundus effectus interdicti est privatio divinorum officiorum. Vnde tempore interdicti localis prohibitum est celebrare Missas, & Divina officia publice in loco interdicto, vti sono organorum, & campanarum pro officio: nomine autem officij Divini intelligitur illud, quod fit in Ecclesia à ministro Ecclesiastico ad illud officium deputato.

Iure novo Bonifacij octavi *in cap. Alma mater*, conceditur, vt singulis diebus in Ecclesijs, & Monasterijs Missa celebrari possit summissa voce, ianuis clausis, non pulsatis campanis, & exclusis interdictis, tempore generalis interdicti localis.

Nota differentiam inter interdictum locale generale, & locale speciale: quod tempore interdicti localis specialis non est licitum singulis diebus celebrare Divina officia, vel Missas, sed solum semel in hebdomada, sicut licitum erat iure antiquo

tiquo, tempore interdicti localis generalis; nam circa hoc, scilicet circa interdictum locale speciale nil sancitum est iure novo. Præterea: differentia est inter interdictum locale, & personale, quod tempore interdicti personalis personæ interdictæ non possunt celebrare Missas, neque eis interesse; tempore vero interdicti localis possunt Missæ celebrari modo dicto.

Tertius effectus interdicti est privatio Ecclesiastica sepulturæ, vel ingressus Ecclesiæ, hoc est, non posse sepeliri in loco ab Episcopo consecrato, vel in cœmeterio ab Episcopo benedicto, vel in loco, ubi Diuina peraguntur, vel cum pompa funerali ecclesiastica.

Tempore interdicti localis nõ possunt infantes, vel amentes sepeliri in loco sacro; quia per interdictum locale locus fit incapax sepulturæ, cuiuscumque sit cadaver, siue adulti, siue infantis: neque tempore interdicti personalis generalis, quia tales videntur aliquaratione

Aa

pars

pars communitatis; tempore vero interdicti personalis specialis possunt sepeliri in loco sacro non interdicto, quia ipsi non afficiuntur interdicto speciali.

Interdictus ab ingressu Ecclesiæ privatur actione, seu exercitio ordinis sacri in Ecclesia, consequenter non potest celebrare, & sacramenta ministrare, immò fit irregularis exercendo ordines sacros in Ecclesia.

Nò potest interdictus ab ingressu Ecclesiæ formaliter audire divina officia, & audiendo mortaliter peccaret, eo quòd faceret contra prohibitionem in re gravi, quamvis non fiat irregularis.

Causa efficiens interdicti est Papa, Episcopus etiam sine consensu Capituli, Prælati religionum, ij tamen nò possunt interdictum locale ferre, licet possint personale, quia ipsorum iurisdictione potius cadit in personas, quam in locum.

Causa materialis, & subiectiva interdicti personalis sunt homines, in quos iurisdictione externam spiritualem exer-

cere

cere potest is, qui fert interdictū. Episcopi non possunt interdici per sententiā, seu generalem legem, per quam interdiciuntur omnes, qui hoc, vel illud delictum fecerint.

Præterea: secundum ius non solū particulares personæ, sed etiam cōmunitates interdici possunt, & in hoc differt interdictum ab excommunicatione.

Causa formalis, & motiva interdicti est culpa; & si interdictum sit personale speciale, est propter culpam propriam mortalem; si interdictum sit personale generale, longe graviolem culpam requirit, quam speciale; non tamen in omnibus personis, quæ interdiciuntur, sed in capite, vel in magna parte personarum interdictarum.

Interdictū locale generale, vt iuste feratur, requirit causam gravissimā, quæ non solum peccatum mortale contineat, sed etiam circūstantiam publicitatis, seu cōmunitatis. Vnde necesse est, vt tale delictum sit ipsius Principis, seu Guber-

natoris, aut totius communitatis.

Interdictum locale particulare etiam requirit culpam gravem, & aliquo modo communem, quamvis minorem, quam in interdictum generale.

Causa finalis interdicti est respicientia, & emendatio delinquentis.

### DE PECCATIS.

**P**eccatum est dictum, vel non dictum; factum, vel non factum; concupitum, vel non concupitum contra legem æternam: hinc formaliter consistit in carentia rectitudinis debitæ inesse actu primo, vel secundo. Hic definitur peccatum actuale.

Diuiditur ex parte formæ in originale, & actuale: illud consistit in carentia iustitiæ originalis debitæ inesse singulis hominibus ex pacto facto à Deo cū Adamo: istud in carentia rectitudinis debitæ inesse actui; quod si physice perseverat, dicitur actuale peccatum; si vero moraliter, dū non est retractatum, dicitur habituale.

Divi-

Dividitur in ordine ad præceptum in peccatum commissionis, & omissionis: illud est actus commissus contra præceptum negativum, istud omisio actus contra affirmativum.

In ordine ad subiectum mediatum, dividitur in peccatum cordis, oris, & operis: peccatum cordis consumatur in corde, seu cogitatione, vt hæresis, odiû Dei, invidia proximi &c: peccatum oris consumatur in verbis, vt blasphemias, periurium, detractio &c: peccatum operis consumatur in facto, vt homicidium, adulterium &c.

Ex parte obiecti diuiditur in peccata contra Deum, contra proximum, contra seipsum: peccata contra Deum sunt, quæ opponuntur virtutibus theologicis, fidei, spei, charitati, & religioni: peccata contra proximum, quæ opponuntur charitati proximi, vt iniustitia, immiser cordia &c: peccata contra ipsum peccantem sunt, quæ repugnant fortitudini, & temperantiæ,



Ex parte subiecti remoti, sive mediati dividitur in carnale, & spirituale: illud est, quod in carne consumatur, vel cuius obiectū est aliqua delectatio carnalis, vt gula, & luxuria: spirituale, quod habet subiectum eleuatum supra carnem, etiam si pertineat ad appetitum sensitivum, vt ira, avaritia, superbia, inuidia, & accidia.

Ex parte finis dividitur peccatum in mortale, & veniale. *Peccatū mortale mortem animæ affert: anima, qua peccaverit, ipsa morietur. Ezechielis 18. & consistit in averseione ab ultimo fine, & contemptu amicitie Divinæ: veniale est, quod facile veniam consequitur ex sua natura: & consistit in repugnantia cum recta ratione non auertente ab ultimo fine, salva amicitia Divina.*

Malitia peccati mortalis est moraliter infinita; primo obiective, quia contra bonitatem infinitam. Secundo comparative respectu peccatorum venialium, quāvis enim darentur infinita peccata venia-

lia,

lia, nec dum attingerent malitiam vniū  
peccati mortalis: vel respectu bonorum  
operū, quia Deus magis odit vnū pecca-  
tum mortale, quam amet omnes virtutes  
Sanctorū: quia si quis haberet omnia me-  
rita omnium Sanctorum, & Angelorum,  
commisso vno peccato mortali statim ex-  
cideret a gratia Dei.

Malitia peccati venialis licet in infi-  
nitum minor sit malitia peccati morta-  
lis, habet tamen suam quādam infinitatē,  
quia omne malū culpæ altioris est ordi-  
nis, quam malū pœnæ, & consequenter  
magis vitandum, quā quævis pœna: hinc  
bonitas finis numquam potest absterge-  
re malitiam, quæ est in medio intrinsece  
malo, quia semper repugnat rectæ ratio-  
ni huiusmodi medium adhibere, ac prop-  
terea continet quādam infinitatem ma-  
litiæ.

Peccatum veniale est triplex: ex gene-  
re, ex paruitate materiæ, & ex indelibe-  
ratione: ex genere est, quod versatur cir-  
ca obiectum malum non repugnans ami-

citiæ Divinæ, nec auertens ab ultimo fine, vt verbum ociosum, risus immoderatus, mendacium officiosum, aut iocosum.

Ex parvitate materiæ illud est, quod cum ex genere suo sit mortale, excusatur tamen à gravi culpa, quia obiectum, circa quod versatur, non censetur tanti momenti, vt reducat actum in suam speciem, V. G. furtum ex genere suo est peccatum mortale, quia cōtra iustitiam: tamen propter parvitatē materiæ est veniale. Nota tamen, quod in multis alijs peccatis non est parvitas materiæ excusans à mortali, vt in infidelitate, perjurio assertorio, odio Dei, fornicatione &c.

Ex indeliberatione, vt quando peccatum ex suo genere mortale excusatur à gravi culpa, quia ex parte ratio sunt preuenta, vt solet fieri in motibus subitissimis infidelitatis, blasphemie &c. qui propterea vocari solent secundo primi, cum advertentia rationis sit imperfecta, & semiplena, & sic nullus est peccatum tā grave, quod ex hoc titulo nō possit fieri veniale.

Pec

Peccatū ex genere luoventiale potest traf  
 ire in mortale. Primo ratione finis mor  
 talis adiuncti, vt si quis leue mendacium  
 proferat, vt fornicetur: fecundo ratione  
 specialis contemptus, vel inobedientiæ:  
 tertio, si ponatur in eoultimus finis, quia  
 scilicet eo affectu cōmittitur, vt nō dubi  
 tet ad id cōmittendū transgredi præcep  
 tum sub mortali: quarto ratione icanda  
 li: 5. ratione periculi proximi incidendi  
 in mortale: 6. ratione cōsciētiae erronee.

Si possit quis peccare venialiter, qui nō  
 possit peccare mortaliter? quidā probabi  
 liter affirmat. quidā probabilius negant.

Cause peccati alie sūt interne, externe  
 alie. Interne sūt. prima volūtas, que est di  
 recte causa peccati: secūda intellectus, vt  
 proponens voluntati bonū cōmutabile,  
 nō attendens ad regulā sibi prescriptam.  
 Tertia imaginatio, & appetitus, vt inell  
 nantes voluntatē ad consensum peccati.  
 Existis volūtas, & intellectus sūt causa  
 proxima: apprehensio sensitivæ partis, &  
 appetitus sensitivus sūt causa remota.

Ex

Externæ causæ sunt illecebræ mundi, & carnis, diabolus, & homo; ij tamē duo videntur obiectis externis, vt alios trahant ad peccandum.

Ex parte causarum internarum dividitur peccatum in peccatum ex ignorantia, ex infirmitate, & ex malitia. Peccatum ex ignorantia est, quod à vincibili ignorantia voluntarium diminvente procedit: peccatum ex infirmitate fit ex motu appetitus sensitivi minuyente libertate volūtatis: peccatum ex malitia est, quod ex plena libertate committitur. Inter ista tria gravissimum est peccatum ex malitia; deinde sequitur peccatum ex passione.

Vnum peccatum potest esse causa alterius peccati: vno modo attractive, suo pondere ad aliud trahendo: secundo modo dispositive, quatenus per vnum peccatum disponitur homo ad alterum præsertim eiusdem speciei, V. G. per actum libidinis, vel per excessum gulae redditur homo proclivior ad alios luxurie, & intemperantia actus: tertio modo retractive;

tive, quatenus peccatum tollit gratiam, verecundiam. & timorem, quibus retraheretur homo à peccando.

Peccata, quæ complentur in corde, & voluntate, differunt specie à peccatis, quæ perficiuntur, & consumantur in ore, vel opere, ex diversitate obiectorum, vt odiù Dei, detractio, & furtum; si vero peccata cordis, & oris considerentur, vt sunt origo, & principium, seu dispositio ad peccatum operis, non differunt specie, cum opponantur eidem virtuti, & includant privationem perfectionis, & bonitatis eiusdem speciei: interdum tamen numero differunt, quando non simul perpetrantur, sed per diuersa temporis intervalla.

Inæqualitas peccatorum desumitur à diuersitate obiectorum, & finium intrinsecorum, à quibus specie sumunt, & consequenter graviora sunt peccata, quæ committuntur in Deum, eis, quæ in creaturam perficiuntur: inter ea, quæ in proximum diriguntur, maiora sunt, quæ animæ salu-

ti

ti adversatur, eis, que corpori inferuntur.

Desumitur etiam gravitas peccati ex diversis rationibus voluntarij: cum enim voluntas sit causa peccati per se, quo maior est, & vehemētior, eo culpa gravior.

Iterum aggravatur peccatum ex circumstantijs, que non solum in eadem specie augere possunt peccatum, sed etiam in diversam, ac gravio rem speciem transferre. Item, ex conditione personæ peccantis, vel in quam peccatur. Item, ex nocumento sive temporali, sive corporali, sive spirituali, quod peccans sibi, aut alteri infert.

Diversitas præceptorum non inducit diversitatē specificā peccatorū, si diversitas sit solum materialis: quia cū diversitate materiali præceptorum potest stare identitas specifica obiectorū, ut furtū est unius speciei peccatū, quavis prohibitū sit lege naturali, & positiva tum Divina, tum humana.

Si vero diversitas præceptorum sit formalis, tūc diversitas præceptorū inducit diver-

diver-

diversitatem specificam obiectorum.

Hinc, adulteriū religiosi est peccatū in triplici specie constitutū; contra castitatem, contra iustitiam, & contra religionem: similiter, qui ex voto tenetur ieiunare die Veneris committit duplex specie peccatum non ieiunando, si in eodē die sit præceptū Ecclesiæ de ieiunio; quia duo præcepta ex diverso motivo imponūtur, scilicet ex virtute religionis, & ex virtute temperantiæ.

Distinctio numerica peccatorū interiorum sumitur ex distinctis numero malitijs, seu contrarietatibus ad rationem; quia singularitas, & pluralitas nominis substantivi attribuitur secundū formā significatam per nomen, & sic tot erunt distincta numero peccata intra eandē speciem, quot erunt actus voluntatis moraliter interrupti circa idem obiectum in specificum: censetur autem actus voluntatis moraliter interruptus, quoties nec formaliter, nec virtualiter perseverat.

Si vnus actus versetur circa plura obiecta eiusdē rationis nō se habentia per modum



dum vnius, continet tot malitias numero distinctas, quot sunt huiusmodi obiecta numero totalia, & integra, qui actus licet physice vnus numero sit, virtute tamen multiplex in genere moris; vt qui vno ictu vellet occidere, & occideret decem homines; si vero verteretur circa plura obiecta per modum vnius, ita scilicet, vt vel vnum sit pars alterius, vel omnia tamquam plures partes cōstituant vnum totum, tantum erit vnum numero peccatum, vt furtum bibliothecæ, in qua sunt multi libri.

Peccata, que sermone cōplentur, multiplicantur specie, & numero, quādo verbum, seu sermo dirigitur, & refertur ad obiecta specie distincta, vt si quis alium vocet hæreticum, latronem, adulterum, tria peccata contumeliæ committit specie distincta, & in confessione necessario explicanda: si vero ex eodē impetu odij, vel iræ eadem convitia reperat, appellando quem piam quater, vel quinquies furum, vnū peccatum cōmittit saltē quā-

sum

tū ad necessitatem confitendi: quia prior voluntas perleuerat, & prius peccatum continuatur saltem moraliter, ita vt omnes illi actus vnam rixā constituant tāquā eius partem.

Si vero secundum probabilem sententiam omnes contumeliæ sunt eiusdem speciei, quia conveniunt in ratione formali, nempe violatio honoris alterius, satis est in confessione dicere, toties contumelijs affeci meum proximum.

Peccata, quæ opere consumantur, multiplicantur specie: primo ex obiectis specie distinctis, vt sunt furtum, homicidiū, fornicatio, &c: secundo ex fine, vt in homicidio simplici, & in homicidio, quod fieret ex intentione furandi, vel aduiterandi: tertio ex circumstantijs mutantibus speciem, vt furtum rei sacræ specie distinguitur à simplici furto ratione circumstantiæ specie distinctæ.

Peccata operis numero multiplicantur: primo ex multiplicatione operis moraliter interrupti: secundo ex multipli-

catio-

catione numerica obiectorum, vt si quis ex intentione vno ictu tres occidat.

Peccatum formaliter sumptum est in sola voluntate, quia peccatū formaliter debet esse liberū: ergo in ea potētia, quæ formaliter habet libertatem, vt est voluntas; denominatiue vero potest esse in intellectu, in imaginatione, appetitu sensitivo, ore, & opere.

Peccatorum effectus potissime sunt tres: corruptio naturæ, tollendo armoniam animæ, per quam sensualitas rationi, & ratio plene subiiciebatur Deo; corporis impassibilitatem, & immortalitatem; auferendo supernaturale donum iustitiæ originalis: obscurat intellectum; voluntatem reddit pronam ad malum: appetitum concupiscibilem effrenem, & indomitum: irascibilem valde debilem: & impedit inclinationem voluntatis ad bonum; non verò tollit, nec minuit principia naturæ, aut eius proprietates naturales. Hic effectus est proprius peccati originalis.

Se

Secundus effectus est macula in anima post peccatum relicta, quæ non nisi gratia abluente tolli potest, si autem talis macula sit aliquid physicum, an morale, reale, vel rationis, variant Doctores.

Tertius effectus peccati est reatus pænæ: hic autem reatus non est aliud, quam obligatio ad pœnam, licet condignitas obligationis ad pœnam apud aliquos dicitur peccatum habituale.

Peccatum mortale personale meretur pœnam æternam, tum damni, tum sensus: cum enim in peccato mortali sit aversio à bono incommutabili, meretur pœnam damni, quæ est privatio beatitudinis; cumque in eo sit conversio ad bonum commutabile, punitur pœna sensus.

Peccatum veniale meretur pœnã temporalem tam damni, quam sensus; pœna damni consistit in dilatione visionis Dei post egressum animæ: pœna sensus consistit in doloribus, quos animæ patiuntur in purgatorio; quia in peccato veniali suo quodammodo est aversio, & con-

Bb

versio,

versio, ac propterea meretur poenā utri-  
que deformitati accommodatam.

## DE PECCATIS CAPITALIBVS.

### De Superbia.

**S**uperbia dicitur à *super*, & *eo*, quod  
supra suam mensuram eat. Varijs mo-  
dis à Doctoribus accipi solet: primo la-  
tius, prout est voluntas violandi legem,  
siue præceptum; & tunc omne peccatum  
est superbia, quia omne peccatum alicu-  
ius præcepti, seu legis est violatio: secun-  
do strictius, quatenus scilicet est legis,  
& præcepti contemptus: tertio adhuc  
restrictius, prout est immoderata pro-  
pria excellentiæ cupiditas in quacumq;  
re, siue materia. Ultimo proprie, vt est  
immodica propria excellentiæ cupido  
in honoribus, siue in ijs rebus, quibus ho-  
nor, & reverentia debetur.

A Divo Gregorio quatuor assignan-  
tur species superbiæ: prima, quando ho-  
mo se iactat esse, quod non est, seu habe-

re,

re, quod non habet. Secunda: quando illud, quod ab alio habet, à se habere dicit, vel existimat. Tertia: quando illud, quod habet ob alterius gratiam, suis meritis habere affirmat. Ultima, quando vult videri esse singularis in aliqua excellentia, vel, alijs despectis, solum in illa se esse iactat, cum non sit. Ratio autem harum specierum est, quod superbia in eo consistat, quod homo se æstimet excellentiorem, quam revera sit.

Superbia ex suo genere est peccatum mortale, gravissimum peccatorum, loquendo de superbia in gradu completo, quæ omnem humilitatem, & subiectionem excludit etiam Deo, vel legi Divinæ, qualis est in diabolo. Deinde etiam est mortale peccatum, si in nobis sit causa alicuius peccati mortalis; vel si fiat cum notabili iniuria, aut contemptu proximi, in honore, graviter infamando, vel alia iniuria, quæ mortalis sit culpa, afficiendo: extra hos casus est tantum superbia incompleta, & peccatum veniale.

## DE AVARITIA.

**A**varitia est vitium inclinans ad inordinatū appetitum pecuniæ, quæ inordinatio potest esse in damnum alterius, vel sine illo: avaritia, quæ habetur sine damno alterius, opponitur tantum liberalitati, & de se est peccatum veniale, utpote non aliud dicens, quam inordinatum affectum erga divitias aut acquirendas, aut retinendas.

Tamen si affectus ille ad divitias ita crescat, ut propter earum amorē non vereatur quis facere contra charitatē Dei, vel proximi, volens potius violare præceptum sub mortali obligans, quam non assequi divitias, aut quā eas amittere, est mortale, sicut & quæ fit cū alterius damno gravi, & opponitur etiam iustitiæ.

Divus Gregorius *lib. 31. moralium, cap. 1.* enumerat septem avaritiæ filias. Prima obduratio cordis, quia sæpe à cōpatione pauperum auertit, ipsis eleemosinā non largiendo, nec indigenti subveniendo,

do,

do, & est peccatum veniale, vel mortale, secundum quod præceptum eleemosinæ obligat.

Secunda inquietudo mentis, id est vehemens applicatio mentis cum timore coniuncta, quæ inquietudo, seu sollicitudo de re temporali, constituendo in ipsa finem vltimum, est peccatum mortale.

Tertia proditio, quæ est occulti manifestatio, illativa nocuenti: & fit quadrupliciter: primo circa personas, vt Iudas prodidit Christum, & est grave mortale: secundo circa res immobiles, vt miles, qui prodit Civitatē sui Domini, & est mortale obligans ad restitutionē: tertio circa res mobiles, vt qui vestes latroni ostēdit, vt rapiat, est mortale cū obligatione restituendi: quarto circa secreta, vt qui alterius secretum aperit in eius detrimētū, quod tamen celare tenebatur, & est mortale in materia gravi.

Quarta est fraus, seu deceptio alterius opere exhibita, quæ si sit pernicioſa in dā

Eb3

num



nū proximi notabile, est mortale; secus, si circa minimum, aut si iocosa, vel officiosa, vel præter intentionem, est peccatū veniale; tenetur tamen, qui fraudem commisit, reddere, quod per fraudem accepit, cum primum veritas cognita fuerit.

Quinta est periurium, seu falsum iuramentū, & est peccatum mortale, si sit formale, vt cum quis advertit se falsum iurare, & vult iurare: si tamen quis non intendens falsum iurare, iuret falsum, non curans adhibere diligentiam, ne falsum iuret, tunc esset mortale, quia conuincitur potius velle peierare, quam discutere, ne falsum iuret.

Sexta est fallacia, quæ est fraus in verbo.

Septima est mendacium, de quo suo loco egimus.

### DE LVXVRIA.

**L**Vxuria à *luxu* dicitur, & late sumpta significat omnem excessum non solū in re venerea, sed etiam in vestitu, epulis &c.

&c. stricte autem accipitur luxuria pro excessu in re venera, & sic luxuriosus dicitur quasi luxatus, & solutus in voluptates venereas, quæ maxime animum hominis dissolvunt.

Luxuria ex suo genere est peccatû mortale, & vitium capitale, quia multa peccata ex illa oriuntur, tum propter vehementiã delectationis venera; tum etiam propter connaturalitatem huiusmodi concupiscentiæ.

Comuniter octo numeratur filia luxuria. Prima cœcitas mentis, ita vt luxuriosus non apprehendat bonum, & malû, vt sunt, quia bona temporalia dissipat, viuendo luxuriose, honorem parupendit, ac multa alia sibi inconuenientia facit; quia per luxuriam impeditur primus actus rationis, videlicet simplex intelligentia, quæ finem apprehendit, vt bonû, vel malum.

Secunda est præcipitatio, qua per luxuriam impeditur secundus actus rationis, qui est consilium de his, quæ propter

Bb 4

finem

finem agenda sunt : hinc multoties in varia mala labuntur propter consilij defectum.

Tertia est inconsideratio, quia per luxuriam impeditur tertius rationis actus, scilicet iudicium de agendis ; qui enim hac pice maculantur, iudicium amittunt, multis periculis se exponentes, ut suam assequantur voluptatem.

Quarta est inconstantia, quia per luxuriam impeditur quartus rationis actus, qui est præceptum de agendis, in quantum homo ex impetu concupiscentie impeditur, ne exequatur id, quod ratio faciendum esse decrevit, sæpe retractans, quod proposuerat, & in omnibus suis decretis inconstans apparet.

Quinta amor sui, nam cum in delectatione rei venereæ concupitæ inebrietur, amat se inordinate amore concupiscentiæ, ut etiam propriam uxorem, & filios contemnat, sibi soli complacendo.

Sexta est odium Dei, in quantum prohibet delectationem concupitam; nollet enim

enim leges, & præcepta luxuriam prohibentia inveniri, ut magis desidiose ijs vacaret.

Septima est affectus præsentis sæculi, quia luxuriari sibi bonum esse videtur, & ut permaneat in his voluptatibus numquam vellet senescere, nec mori, & quia iam scit hoc non posse fieri, sequitur

Octava, horror futuri sæculi, quia dum nimis carnalibus delectationibus detinetur, contemnit, & fastidit spirituales, & quia nimia detentio, & perseverantia in delectationibus carnalibus per viscum amoris, & contemplatio gravitatis peccati cum terrore inferni faciunt amittere spem gratiæ futuræ, non curando de spiritualibus bonis, incidit in desperationem, quæ est nona, & ultima filia.

Ecce in quot laqueos incidunt, qui in hoc vitio habituantur; itaque qui contemplationi addicti sunt, & litteris dediti, venerem experiri fugiant, ne talibus implicati à sapientia distrahantur, fugiant item, qui iudicant, & regunt, ne iudiciū

per-

pervertant; luxuria nique vlu augetur, & fuga extinguitur. Præter has luxuriæ filias, quæ internæ sunt, ponuntur ab Iſidoro quatuor externæ, ſcilicet turpiſſima, ſive turpes, & obſcenæ ſermones: ſcurrilitas ea, qua in iocis, & facetijs ita exceditur, vt admisceantur laſeiva ad rixû excitantia: ludicritas, qua quis quaſi ludit, & oblectatur verbis ludicris, ea in carnalem delectationem ordinando: ſtultiloquium, quo quis fatuas, & ineptas fabulas loquitur ad obſcænitatem pertinentes.

Communiter à Doctoribus numerantur ſex ſpecies luxuriæ, fornicatio, adulterium, inceſtus, ſtuprum, raptus, & vitium contra naturam, de quibus iam ſatis dictum eſt in ſexto decalogi præcepto,

### DE GVL A,

**G**Vla dupliciter accipitur: Primo generalius, vt etiam comprehendat inordinationem, quæ contingit in potu, & ſic

sic dividitur in comestationem, & ebrietatem tamquam in species: secundo stricte, & opponitur virtuti abstinentiæ stricte acceptæ, & sic gula est inordinatus appetitus cibi, & potus: hæc autem inordinatio quinque modis fieri potest, qui hoc versiculo continentur:

*Præpropere, laute, nimis,  
ardenter, studiose.*

*Præpropere* edit quis, quando tempore ieiunii ante horam comedendi fit comestio: *laute*, quando perquisitione ciborum læditur modestia, quærens illos tanta sollicitudine, & cura, quod in illis foelicitatem esse sitam ostendatur: *nimis*, quando ex nimio cibo, & potu damnû advenit salutis: *ardenter*, quando ex modo comedendi læditur modestia: *studiose*, querens cibos nimis accurate præparatos.

Gula est mortale peccatum, si in illa delectatione quis vltimum finem constituat: quod fieri potest tripliciter. Primo expresse, vt cum quis expresse iudicat illam voluptatem esse summum bonum:

se-

secundo implicite, cum id quidem expresse non iudicat, tamen erga illam sic afficitur, vt paratus sit propter illam omnia humana, & divina iura violare: tertio interpretative, vt cum quis affectu gulæ paratus est aliquod peccatum mortiferum committere.

Aliter gula regulariter est peccatum veniale, etiam si absque utilitate vsque ad vomitum etiam intentum se se quis cibo, & potu ingurgitet.

Species gulæ dux sunt: altera, quæ dicitur crapula in cibo immoderato: altera ebrietas, quæ in potu consistit superfluo. Ebrietas dupliciter accipitur: Primo pro defectu vsus rationis nimio potu inducto, & sic non est peccatū proprie, sed peccati effectus. Secundo pro ipsa potatione, quæ hunc defectum efficit: sic est peccatum, & potest definiri, *excessus in potando causa voluptatis, vsque ad violentam vsus rationis privationem.* Ebrietas volūtaria est peccatū mortale, directe, vel indirecte intenta: peccat etiam mortale,  
liter,

liter, qui scienter procurat aliū inebriari, quia notabiliter vult nocere alteri.

Peccata cōmissa in ebrietate imputantur ad culpam, quando ebrietas est voluntaria, seu culpabilis, & malum prævideri poterat. Extra gravissimam necessitatem est peccatum mortale vesci carne humana; in extrema vero necessitate quidam Doctores id fieri posse affirmant; alij negāt: affirmans sentētia videtur verior, quia caro humana mortua est res inferior, & licitum est ex ea sumere, extrema urgente fame.

Comedens res non destinatas ad communem usum peccat contra charitatem erga seipsū, graviter, vel leviter, prout grave, vel leve est damnū, quod inferūt, sicut comedere carnes crudas sine rationabili causa.

Gula dicitur vitium capitale, ex quo quinque nascūtur filiæ: prima hebetudo mentis, per quam peccat mortaliter, qui se terrenis miscens, & cœlestibus avocās, conscientiam suā nō discutit quādo, & quo modo



modo præcepto tenetur. Secunda immoderata lætitia, per quam peccat mortifere, qui obscænis cantilenis, verbis, aut gestibus utitur intendens inducere, vel credens, aut credere debens se, vel alium per eam inductum iri in consensum alicuius actus mortalis: multiloquium, per quod peccat quis mortaliter, quando illo utitur in notabilem Dei irreverentiam; aut adeò eo delectatur, ut paratus sit id proferre implemento alicuius præcepti. Ultima scurrilitas, vel spurcitia, per quam vestes valde impudicas gestat, aut aliàs intentione expressa, vel tacita provocandi ad luxuriam, vel alium finem mortalem.

### DE IRA.

**I**Ra est sanguinis fervor in corde, ex evaporatione, & turbatione felis proficiscens: in materia morali nil aliud est, quam vitium animæ ad appetitum vindictæ inclinans:

nans. Ira per se nec bona est, nec etiam mala, sed indifferens, quia bene, & male uti possumus.

Ira, seu potius iracundia peccatum erit, si modum à ratione præscriptum nõ servet; quod dupliciter contingere potest. Primo ex parte obiecti, si iniustam vindictã appetas, ut ob causam nõ legitimã, vel maiore, quam oportet, vel absq; publica autoritate exequendã, vel contrariis ordinem, vel principaliter in malum proximi, & non in bonum Iustitiã, & hoc modo ex genere suo est peccatum mortale, quia est contra proximi charitatẽ, & Iustitiã: potest tamen esse veniale ob imperfectionẽ actus, quæ expectatur, vel ex parte voluntarij, ut cū motus iræ perfectũ rationis iudiciũ prævertit; vel ex parte materiã, ut cū quis modicã vindictã appetit. Secundo potest præscriptũ rationis nõ servari ex parte ipsius motus, ut si nimium interius ira exardescas, vel exterius eã per signa nimium patefacias: & hoc modo non est quidẽ ex genere suo

peccat.

peccatum mortale; potest tamen esse vel ratione affectus, & præparationis animi, quam inducit, vt si tantum ira accendaris, vt paratus sis aliquid facere, quod sit peccatum mortale; vel ratione scandalii, vt interdum accidere potest in Prælatiſ.

Vitiũ iræ est capitale peccatum, quia ordinariè plura alia nasci ex eo consueverunt, & sic ex hoc vitio nascuntur septem alia: Primum indignatio, cum contemnitur, & vilipenditur ille, cui irascimur, tãquam indignus, à quo tale quid patiamur. Secundum tumor mentis, cum irascens seipsum extollit, & alteri præfert. Tertium clamor, cum vocem extollimus multa inordinate, & contuse iactantes. Quartum contumelia, cum convitiã verborum in proximos proferimus. Quintum, cũ contra Deum, & Sãctos verba contumeliose dicimus.

Peccatum iræ per se minus est peccatum, quam odium, vel invidia: odium enim appetit malum proximi, quia malũ, & vt ei sit male; ira vero appetit malum

al-

alterius sub ratione iustæ vindictæ, nimirum, vt qui offendit, sentiat, & doleat se male fecisse, & ita fiat compensatio : invidia dolet de bono alterius desiderans illi illius boni privationem.

Deus multum ira offenditur: tum, quia per illam hospitium Dei turbatur: tum, quia imaginem Dei in templo cordis dissipat: tum, quia templum Dei incendit. Deinde ira valde homini nocet in anima, corpore, & rebus: in anima propter vitia prædicta, quæ ex illa nascuntur; in corpore, amarum reddens hominem, & tristitiam ingerens, & membris valetudinem, sanitatemque adimens, & vita citius privans; quia totum corpus, propter sanguinis ebullitionem, & spirituum turbationem, alteratur: nocet etiam rebus, quia iratis familia tristè servit, amici fugiunt, & prudentes horrent.

### DE INVIDIA.

**I**nvidia est inordinata tristitia, qua quis dolet de bono alicuius, non quateus

Cc                      est

est bonum illius, sed quatenus videtur  
 diminuere propriam excellentiam: vnde  
 quādo tristitia est bene ordinata non im-  
 putatur ad culpam. Hinc nō peccat pec-  
 cato invidiæ, qui occasione boni alicuius  
 tristitiam capit, non quatenus alter sit eo  
 bono affectus, sed quia ipse est eo bono  
 destitutus. Invidia est peccatum mortale  
 ex suo genere charitati contrarium, quia  
 charitas gaudet de bono proximi, invi-  
 dia verò tristatur de bono proximi, obiec-  
 tum enim materiale charitatis est bo-  
 num; tamen invidia potest fieri peccatū  
 veniale, tum ob imperfectionem consen-  
 sus, & non plenam advertentiam; tum  
 ob materiæ parvitatem, vt pueris contin-  
 gere consuevit, qui de levibus aliorum  
 puerorum bonis tristitiam capere solent.

Cōtra invidiam valent quinque: pri-  
 mum, vt homo ponat dilectionem in ea  
 bona, quæ possunt simul à multis haberi,  
 à singulis plene, sicut est prædicatio, Eu-  
 charistia, communio, Dei super omnia di-  
 lectio, & regnum cœlorum. Secundū, era-  
 dica-

dicatio propriæ superbiæ, quia ex ea oritur. Tertium meditatio multiplicis damni, quod ex ea provenit. Quartum exercitium in operibus misericordiæ circa proximos, vel inimicos, quia misericordia directe opponitur invidiæ, & sicut illa dolet de miseria proximi, sic ista dolet de eius fœlicitate. Quintum, inspicere debemus, quantis fraternitatibus iungimur, quia omnis proximus est frater noster naturalis, quorum omnium vnus fuit Pater Adam: multi sunt fratres nostri spirituales, quorum omnium vnus Pater Christus est, & Mater vna Sancta Ecclesia.

Invidia est vitium capitale, cum ex ipsa tamquam ex capite multa alia peccata originẽ ducant, vt odium proximi, susurratio, detractio, gaudiũ in aduersis proximi, & tristitia in prosperis eiusdem: invidus nãque sentiens ex tristitia cõcepta persecutionem interius incipit suo cõnatu alterius gloriam diminuere, vel occulte, & tunc sequitur susurratio, ve-

manifeste , ex quo sequitur detractio; quod si consequitur suam intentionem, gaudet de illius adversitate, & si non potest, affligitur de illius prosperitate, quæ tristitia, si duret , postea generat odium.

### DE ACCIDIA.

**A**ccidia proprie est incuria, negligētia, pigritia : hic autem sumitur pro tristitia, quæ contrariatur bono Divino; bonum autem Divinum dupliciter consideratur; primo, vt Deo bonum: secundo, vt nobis bonum: cum itaque quis voluntariē tristatur de sanctificatione nominis Divini, conversione infidelium, profectu iustorum, &c. gravissime peccat, & directe adversatur gaudio, quod nascitur ex charitate. Similiter, cum quis dolet se esse creatum ad vitam æternam, gravissime peccat. Est & alia accidia, quæ per omnia vitiorum genera vagatur, illa nempe tristitia, quæ refugit honestatem virtutis oppositæ, eaque contristatur, vt

gu;

gulosus dolet de actibus téperantiæ, delectatur cōtrarijs: ignavus dolet actibus fortitudinis, & delectatur cōtrarijs: eius autē gravitas expēdēda est ex necessitate, & pulchritudine virtutis, cui opponitur.

Accidia est peccatū mortale ex suo genere, & opponitur proprie charitati; est peccatū capitale, quia ex accidia alia peccata oriūtur. Primum, malitia, qua homo odio habet ipsa bona spiritualia secundū se. Secundū, rancor erga eos, qui hortatur ad bona spiritualia. Tertiu, pusillanimitas erga spiritualia tāquā ardua, subtrahēdo se à bonis, quæ fieri potuissēt, timore deficiēdi. Quartū, desperatio cōsequēdæ beatitudinis. Quintū, torpor in observantia Divinorum præceptorum. Ultimum evagatio mentis ad illicita.

Accidia potest esse peccatum veniale duobus modis. Primo ratione imperfectionis actus, quia videlicet non est plene deliberatus. Secundo ratione actionis, quæ omittitur, quæ si sub veniali præcipiatur, erit accidia tantū peccatū veniale.



## DE SIMONIA.

**S**imonix nomen ductum est à Simone Mago, qui emere voluit potestatem conferendi Spiritum Sanctum, id est donum eius, Actorum 8. Vnde primus in nouo testamento hoc crimine infectus fuit. Diffinitur *studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum pretio temporali, vel pretio estimabili.*

Dicitur *studiosa*, id est deliberata, vt excludatur motus voluntatis non plene deliberatus, aut ex ignorantia inculpata manans: deinde, vt excludatur illa promissio, qua quis animo, non quidem vere emendi, aut solvendi, sed decipiendi tantum pollicetur aliquid temporale pro re sacra: talis enim non habet voluntatem vere emendi, sed mendacio fallendi, licet peccet alterum inducendo ad simoniam, & simul etiam faciendo externum opus simoniacum.

Dicitur

Dicitur *emendi, vel vendendi*, quibus significatur omnis commutatio, & omnis contractus non gratuitus, sive sit vera emptio, sive locatio, sive permutatio: omne enim pactum, quo datur ius spirituale sub conditione, & onere, quod iure non est annexum, est simoniacum.

Dicitur *aliquid spirituale*, id est, quod aliquo modo est supernaturale, ut sunt gratia gratum faciens, dona Spiritus Sancti, virtutes supernaturales, gratiæ prævenientes, gratiæ gratis datæ, Sacramenta, officia Ecclesiastica, consecrationes, benedictiones Ecclesiæ, ornamenta sacra, vasa, templa; &c.

Dicitur, *vel spirituali annexum*, id est, quod cum aliquo spirituali cōnexionem habet, vel antecedenter, ut ius patronatus, vel consequenter, ut beneficia ecclesiastica, quia supponunt Officium Divinum: vel cōcomitanter, ut labor in ministrando Sacramento.

Dicitur *pretio temporali*; si enim detur spirituale pro spirituali, nō erit proprie

simonia : turpitudinem enim huius peccati consistit in eo, quod spiritualia æstimentur pretio humano, vel re aliqua humana, quæ sit pretio æstimabilis.

Dividitur simonia in simoniã iure Divino prohibitam, & iure tantum ecclesiastico : & quidem Simon Magus simoniam commisit contra ius Divinum tantum, non ecclesiasticum, quod nullum tunc erat; iure autem Divino prohibita dicitur, naturali nimirum, eo quod ratio lumine fidei edocta naturaliter quodammodo dicat spirituale, & spirituali annexum sancte esse tractandum, nec in temporales contractus deducendum : non autem positivo, cum de ea in lege gratiæ præceptum datum non sit, sed tantum Divinum naturale præceptum explicatum, Matthæi 10. *gratis accepistis, gratis date.*

Simonia ex suo genere est contra religionem, & valde grave peccatum mortale, immo probabile est non dari in simonia peccatum veniale ex levitate materiæ, sed tantum ex inconsideratione, vel ignorantia.

Da

Datur etiam aliqua simonia iure tātum humano prohibita, quia Ecclesia potest prohibere, ne res aliqua rei sacræ annexa vendatur, in reverentiam talis rei: res autem, quarum venditione iure humano cōmittitur simonia, plures sunt. Prima, permutatio beneficij cum aliquo beneficio, absq; autoritate legitimi Superioris. Secunda, resignatio beneficij propria autoritate facta cum reservatione pensionis. Tertia, venditio beneficij. Quarta, venditio officiorum ecclesiasticorum spiritualium. Hæc simonia propria est temporis legis gratiæ, atque ita de iure positivo appellari potest. Papa non potest incurrere pœnas simoniæ iure ecclesiastico statutas, quia Princeps non subest suis legibus quoad vim cogendi per pœnas; potest tamen cōtrahere culpam simoniæ iuris Divini, quia æquè, ac alij, subiectus est legi Divinæ.

Diuiditur secūdo simonia in métalē, cōvētionalē, & realē; métalīs etiā duplex est:

vna

vna sumitur pro interno proposito, & voluntate cōmittendi simoniā, etiam si nullo modo prodeat in exteriorem actum. Secunda accipitur pro illa actione simoniaca, quæ fit mente, sed ex se, & ex circumstantijs simoniam non præfert, intendendo temporale tamquā pretiū rei spiritualis. Et dum iura loquuntur de simonia mentali, non sunt intelligenda de simonia mentali primo modo explicata, quia propositum, vel desiderium cadere non potest sub pœnas ecclesiasticas, cum Ecclesia de internis non iudicet.

Simonia conventionalis est illa, quando non solum est internum propositum obligandi, sed etiam proceditur ad externam conventionem, sine executione tamen saltim vtriusque facta, quæ convētiō fit verbis expressis, & directis, vel obliquis, & obscuris: vnde hæc simonia altera est, in qua neutra ex parte venit ad actum exteriorem dandi, vel recipiēdi, sed tantum consistit in promissione: altera, quæ ex vna parte completur ex  
 terius,

terius, ex altera vero non, id est cum alius statim dat spirituale, alius vero tantum promittit temporale, vel e contrario. Alia dicitur simonia realis, quando pactio ex utraque parte est completa saltem inchoative, ut si collatio beneficij facta sit, & pretij pars soluta.

Simonia confidentialis continetur sub simonia conventionali; in simonia enim confidentiæ executio differtur ex vna parte; est enim simonia confidentiæ, quando quis paciscitur cum eo, cui cōfert, vel resignat beneficiū, ut illud cum suis fructibus, vel portione fructuum cedat alteri, V. G. nepoti, cum habilis fuerit.

Pretium, quod pro re spirituali tradi solet, & cuius traditione committitur simonia, triplex est: videlicet debitum à manu, à lingua, & ab obsequio. Per debitum à manu intelligitur non tantum pecunia, quæ est proprie pretium, sed etiam omnis alia res materialis, tum mobilis, tum immobilis, quæ quomodoque pretio æstimabilis est: item debiti remissio, & solutionis dilatio. Per

Per debitum à lingua intelligitur laus, adulatio, preces pro aliquo interponendæ ex vi pacti expressi, vel taciti, vt res aliqua spiritualis conferatur, vt si quis det beneficiû Thycio, vt oret Principem pro se.

Per debitum ab obsequio intelliguntur quæcumque obsequia, seu seruitia alicui præstita, vel præstanda sub obligatione conferendi beneficium ecclesiasticû, vel aliam rem spiritualem, V. G. si quis colatori sine alio salario inseruire velit cum expresso, vel tacito pacto conferendi beneficium.

Plures sunt tituli, propter quos tradens, vel accipiens temporale pro spirituali, excusatur à simonia. Primus est titulus liberalitatis, vel gratitudinis. Secundus est titulus sustentationis, quia, qui altari seruit, de altari viuere debet, cum sustentatio iure naturæ debeat, & dignus sit operarius cibo suo. Tertius est labor extrinsecus, seu per accidens coniunctus, sine quo tale opus fieri potest.

Quartus

Quartus est privatio libertatis, vel alterius commodi temporalis, quo quis se privat faciendo opus spirituale. Quintus est iniusta vexatio, cum videlicet pecunia traditur ad tollendam ipsam iniustam vexationem. Sextus est titulus consuetudinis, quæ solum locum habet ad tollendam simoniam iure humano inductam, quia lex humana potest consuetudine abrogari, non solum in partem, verum etiam in totum, nõ solum quoad pœnam, verum etiam quoad culpam.

Nulla simonia inducit pœnas iuris ipso facto, nisi in ordine, beneficijs, & religionis ingressu: item, simonia mentalis nullas pœnas iuris inducit, vt patet ex *cap. mandato de simonia*, vbi Pontifex expresse dicit, simoniaco mentali satis esse si per solam pœnitentiã suo satisfaciatur creatori de peccato: nec debet resignare, quod per simoniam mentalem acquisiuit: & est valde probabile Ecclesiam non posse talem simoniam punire, quia talis simonia non prodit in actum externum.

Pœnæ,



Pœne, quas inducit simonia realis in administrando ordines, sunt; prima, conferens ordines per simoniam realem est excommunicatus: secunda, suspensus a collatione cuiusvis ordinis, etiam primæ tonsuræ. Tertia, est suspensus ab executione omnium munerum pontificalium. Quarta, interdictus est illi ingressus Ecclesiæ. Quinta, si contra suspensionem, vel interdictum illud fecerit, est suspensus ab administratione suæ Ecclesiæ, & à perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum. Sexta, nemo potest illum absolvere præter Romanum Pontificem, etiã si delictum sit occultum, *Extrav. cum detestabile de simonia*. Bulla Sixti Quinti edita in male promoventes, & promotos, *V. ceterum, si quis Antistes.*

Pœnæ, quas inducit simonia realis in suscipiētes ordines, sunt. Prima, est excōmunicatus ipso facto: secunda, est suspēsus ab executione suorū ordinū: tertia, si p̄t̄s̄ sup̄ferit in illa suspēsiōne ministrare, efficitur irregularis, & per bullam Sixti ipso facto  
 priva-

privatur omnibus dignitatibus, beneficijs, & fit inhabilis ad illa: quarta, eius absolutio pertinet ad Summum Pontificem; similiter, & dispensatio; si autē casus sit occultus, supposita bulla Sixti posset Episcopus absolvere ex Concilio Tridentino.

Qui beneficium confert, vel procurat alteri per simoniam realem, eligendo, postulando, instituendo, &c. est ipso facto excommunicatus. Nomine beneficij secundum probabiliorem sententiam comprehenditur etiam Abbatia, Prioratus, Rectoratus, Guardianatus, Provincia-latus, Generalatus, &c. Secundo omnis provilio, & huiusmodi collatio est nulla, nullumque ius tribuit; tamen electio nō est irrita, si simonia pro institutione committatur. Tertio, fit inhabilis ad idem beneficium obtinendū, & si simonia sit publica, & deducta ad forum externum, per solum Papam hæc inhabilitas tollitur; si verō sit occulta, multi tenent posse tolli per Episcopum.

Simonia

Simoniam realis circa religionis ingressum primo inducit excommunicationem singularibus personis tam dantibus, quàm accipientibus: secundo Cōventui, seu Capitulo, si consenserint in hanc simoniam, suspensionem; tamen hæc censura non habet locum in dote, quæ datur Monasterijs fœminarum, quia dos non pro ingressu Religionis, sed pro alimentis Monialium exigitur. Tertio; simoniace admissi ad religionem, videntur inhabiles ad manendum in illo Monasterio, in quo sic recepti sunt, & egent dispensatione Ordinarij, vt possint acquirere ius præbendæ regularis, & vocis activæ, & passivæ: non tamen sic receptus tenetur se spoliare cæterorum commodis, nisi per Superiorem compellatur aliud Monasterium ingredi.

Notandum, licet simonia committi possit dando aliquid pro ingressu, seu receptione ad habitum, pœnæ tamen iuris non incurruntur, nisi professio subsequatur, antequam simoniaca pactio retractetur.

tur, vel pretium restituatur, quia cum talis pactio principaliter ordinetur ad suscipiendam professionem, ea non secuta, non censetur perfecte consumata simonia:

Simonia confidentiæ est admittere in beneficiorum resignatione, præsentatione, & collatione quasdam retrocessiones, quas vocant accessus, regressus, & ingressus, quibus significantur iura quædam accedendi, regrediendi, & ingrediendi ad beneficium ex vna parte, & onera beneficij, seu beneficiarij ex altera parte.

Tunc habetur accessus ad beneficium, si Prælatus beneficiû in me provideri cupiat, (sæm nepos ipsius) sed quia per ætatem sum incapax, confert alteri, concessio mihi iure, vt quam primum iustam ætatē attigero, propria autoritate possim ad beneficium istud accedere.

Regressum ad beneficium dicitur habere, qui resignat beneficiû alteri, reservata sibi pensione, & iure regrediendi ad illud beneficiû, si resignatarius præmoria-

Dd

tur

tur, aut si pensionem nō solverit. Ingressum dicitur habere, qui beneficium sibi collatum, antequam capiat eius possessionem, alteri resignat, seruato sibi iure ingrediendi possessionem huius beneficii, si ille præmoriatur: quicumque ergo vel sibi, vel alteri talia iura reservat, seu talia onera imponit sine expressa Papæ cōcessione cōmittit simoniā confidentialē.

Ex dictis collige simoniam confidentialem esse tantum contra ius ecclesiasticum, quia hi omnes modi licite exerceri possunt, si annuat Pontifex; & debitæ circumstantiæ adsint.

Simonia confidentiæ primo infert excommunicationem Papalem vtriq; parti contrahenti. Secundo privationem beneficii. Tertio privationem reliquorū ante obtentorū beneficiorum, & pensionum; non tenetur tamen dimittere ante sententiam. Quarto inhabilitatem ad idem beneficiū, & ad cætera omnia. Quinto omnia beneficia collata, & accepta in confidentiam simoniacam reservata sunt Sedi

Aposto-

Apostolicæ, & proinde ordinarius collator non potest ea conferre.

Adverte, ad pœnas istas incurrendas necessarium esse, vt simonia confidentialis opere impleta sit, dato, & accepto beneficio, licet accipiens suam promissionem non impleverit V. G. possessionem nondum solverit.

Vnde nulla simonia cõventionalis, excepta ea, que hic confidentiæ dicitur, inducit ipso facto vllas pœnas iuris positivi; si tamen postea hæc simoniaca pactio vtrinque in totum, vel in partem completa fuerit, incurruntur pœnæ, & retrotrahuntur ad tempus pactiois; licet quibusdam videatur hanc retrotractionem non habere locum in foro conscientiæ, sed tantum in foro externo.

Pretium acceptum pro re spirituali, restituendum est iure Divino, etiam si res spiritualis nondum sit tradita: & debet fieri restitutio illi, qui tradidit, cum adhuc retineat ius ad illam, cum non donaverit, nec habuerit intentionem transferendi

Dd 2

illud

illud in accipientē, nisi sub conditione, & ex pacto oneroso. Nōnulli Doctores censent faciendā esse restitutionē Ecclesiæ. Si vero beneficium sit traditum, & utrinque simonia completa, quidam putant pretium acceptum in hoc casu ante sententiam Iudicis esse restituendum ei, qui dederit; post sententiam vero, cui Iudex addixerit: quidam autem censent, quod etiam ante sententiam Iudicis pretium sit restituendum Ecclesiæ.

Iure Ecclesiastico res spiritualis simoniace accepta non est restituenda, nisi sit beneficium Ecclesiasticum; sub beneficio autem pensio spiritualis comprehenditur; cætera autem spiritualia, vel dimitti non possunt, ut sunt Sacramenta, nisi quoad usum, ut in ordinibus; vel non sunt dimittenda ante sententiam: tamen quoad pretium attinet, illud iure positivo restituendum est.

### DE VIRTUTIBVS.

**A**Ntequā ad virtutes descēdamus, aliquid breviter de habitib<sup>9</sup> est dicēdū:

Ha;

Habitus alius est intellectivus, alius appetitivus: intellectivus alius est acquisitus, alius infusus, scilicet fides; acquisitus alius est speculativus, alius practicus: speculativus alius realis, alius rationalis: realis, Methaphysica, Mathematica, & Physica: rationalis, Logica, Rethorica, Grammatica: practico alius circa agibile, scilicet prudētia; alius circa factibile, scilicet lana, nemus, miles, navigatio, rus, medicina, ars fabrilis. Appetitivus alius acquisitus, alius infusus: acquisitus alius in ordine ad se, scilicet fortitudo, & tēperātia; alius in ordine ad alterū, vt iustitia: infusus alius in ordine ad se, vt spes, alius in ordine ad alterum, vt charitas.

De tota ista divisione habitus intellectivi non accipitur in numero virtutū, nisi vna virtus infusa, quæ est fides, & quoddā genus in intermediū ad multas practicas acquisitas, quod dicitur prudētia: & sic cōnumerādo species, satis cōmunes sunt duę scilicet fides, & prudentia; scientia enim speculativa, quia non perficit hominē ad

Dd 3

bene



bene operandum, non connumeratur inter virtutes cardinales.

Appetitivæ etiam possunt poni quatuor, duæ acquisitæ, & duæ infusæ, stando in ipsis speciebus sub habitu appetitivo infuso, & acquisito: sub infuso sunt spes, & charitas: sub acquisito iustitia, quæ est virtus disponens appetitum ad alterum; altera virtus disponens appetitum ad se, nempe fortitudo, & temperantia, quia appetibilem ad seipsum quædam sunt appetibilia ex se, quæ scilicet nata sunt ex se statim convenire; & quædam etiam sunt primo fugibilia, quæ scilicet nata sunt ex se statim disconvenire: alia sunt appetibilia, non primo; & alia, non primo fugibilia, sed secundo propter illa primo appetibilia, & primo fugibilia: virtus, quæ disponit circa prima, vocatur temperantia: quæ circa secunda, vocatur fortitudo; temperantia pertinet ad concupiscibilem: fortitudo ad irascibilem.

Harum distinctio, ut melius innotescat, est notandum, quod concupiscibile est illud

Iud, quod ex se natum est esse cōueniens, vel disconueniens, ita quod nullo alio posito circa ipsū, nisi sola apprehensione facta, natus est sequi actus delectandi, vel tristandi, siue prosequendi, vel fugiendi, quantum est ex parte eius: irascibile est vindicabile, seu punibile, vel v'sitatori modo loquendi, offendens, quod offendēs non dicitur statim disconueniens concupiscibili, sed quia impedit illud, quod est primo conueniens appetitui, puta gustativo canis cibum; prohibens autem cibū, & removens, offendit animal concupiscens: obiectum igitur irascibilis est tale offendēs. Hinc actus irascibilis est irasci, quod secundum Philosophum 2. *Rethoricorum*, est appetere vindictam secundū rationem apparentem, propter apparentem parui pensionem.

Irascibilis appetitus circa suum obiectum, nempe offendens, habet quoddam nolle, non quidem proprie refugientis, sicut concupiscibilis nolens refugit, sed magis respuentis, siue repellentis: quia

Dd 4

iraf-

irascibilis nollens repellit, & vltra punit.

Quia tamen actus irascibilis est nolle, & velle vlcisci, & obiectum nolitum non punitum est adhuc præsens, ideo semper irasci est cum tristitia, non tantum concupiscibilis, sed etiã irascibilis, & tunc, quando habet actum imperfectũ, quãdo scilicet desiderat vindicare, & non vindicat; si enim vindicat, actus eius est perfectus assimilatus fruitioni ex parte concupiscibilis, & tunc est sine tristitia, imo cum magna delectatione propria secundum Aristotelem 2, *Rethoriceorum, ira viri, quasi mel.*

Vnde, sicut appetitus concupiscibilis indiget ordinari circa ea, quæ sunt nata primo appeti, ne ea inordinate appetat, sed secundum moderamen rectæ rationis; ita etiam irascibilis indiget moderari per habitum, ne immoderate velit propellere offendens, & vlcisci de illo, sed moderate velit propellere propellenda, & non propellere non propellenda; habitus autem, quo disponitur ad propellendum

dum propellenda, non est nominatus, licet possit dici bellicositas, vel aliquid tale: habitus autem, quo disponitur ad non repellendum repellenda, sed ad sustinendū, dicitur patientia: & quia difficilius est nō repellere offendens; quam repellere, ideo patientia est nobilissima fortitudo, iuxta illud Poetæ, *nobile vincendi genus est Patientia*: vincit enim, qui patitur: sicque temperantia moderatur appetitum concupiscibilem; fortitudo irascibilem, ut vel moderate repellat, vel moderate sustineat.

### DE PRUDENTIA.

**P**rudencia est *habitus recte precipiendi, & ordinandi agibilia ad finem totius humanæ vitæ*; vel secundum Aristotelem, *prudencia est recta ratio agendorum*. Residet in intellectu tamquam in proprio subiecto: cū enim sit recta ratio agendorum in ratione, scilicet intellectu residere debet.

Obiectū Prudentiæ est agibile, seu agendum,

dum, quia ad prudentiã expectat ordinare agenda singularia cū suis circūstantijs.

Prudentia est vere, & proprie virtus; virtus enim est, quæ bonum facit habentem, & opus eius reddit bonum, at prudentia est huiusmodi.

Est virtus moralis, quia quamvis sit in intellectu, eius materia, & obiectum sunt actiones humanæ morales, & sic inter morales cardinales annumeratur. Prudentia est virtus specialis distincta ab alijs, quia habet obiectum distinctum ab obiectis aliarum.

Ad prudentiam pertinet invenire medium tam in ordine ad finem, quam ad extrema: medium ad finem, est quod gratia finis eligitur, vt in physicis medicina est medium ad sanitatem, & in moralibus ieiunium est maceratio carnis ad vacandū Deo per contemplationem: mediū in ordine ad extrema, vt in physicis color viridis est mediū inter album, & nigrum, & in moralibus liberalitas est mediū inter prodigalitatē, & avaritiam, & hoc  
in

in moralibus dicitur medium rationis; illud vero dicitur mediū ad finem, seu electionis; primum patet, quia ad prudentiā pertinet disponere, præparare, & ordinare media commoda ad finem virtutis moralis; hoc autem est invenire medium ad finem virtutum moraliū: secundū inferitur ex definitione virtutis moralis, quæ est habitus electivus in medietate consistens determinata per rationem, prout prudens determinauerit, vbi plane fit sermo de medio rationis inter extrema vitiosa. Igitur ad prudentiam pertinet determinare hoc medium virtutibus moralibus.

Ad synderesim pertinet dictare, & proponere principia moralia vniuersalia, vt *vivendum est secundum rectam rationem: malum est fugiendum: quod tibi non vis, alteri ne feceris*: ad prudentiam pertinet disponere de aliquibus veritatibus practicis particularibus, quæ non vt prima principia, sed vt conclusiones operabiliū deducuntur per discursum ex principijs synderesis.

Tres

Tres actus intellectus tribuuntur prudentiæ, scilicet consiliari, iudicare, & præcipere; cum enim prudentia sit recta ratio agibilium ad finem vitæ humanæ, requirit consiliari ad inquirenda ea, quæ sunt ad finem: iudicare de præconsiliatis tamquam conclusione, & consumatione consilij: præcipere, vt præconsiliata, & iudicata ordinentur efficaciter ad finem, & ad opus applicentur.

Principia vniuersalia prudentiæ, nimirum *secundum rationem esse vivendum: malum esse effugiendum; bonum se etandum*, insunt omni homini à natura, quia hæc principia sunt naturaliter nota per Synderesim, quæ est habitus primorum principiorum moralium: hic autem habitus inest homini naturaliter, sive sit indistinctus ab ipso intellectu, sive superadditus.

Particularia agibilium principia prudentiæ, nimirum, *caste vivendum, debita sunt solvenda*, insunt aliquibus hominibus quasi à natura ex inclinatione propter complexionem, & conditiones indi-

vi.

viduales : *ab infantia mea crevit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum, testatur de se Iob.*

Virtus moralis prudentiæ nulli homini inest à natura, cum actiones humanæ, quas ordinat, sint contingentes, & variabiles, atque diverso modo ordinabiles ad finem virtutis secundum diversitatē personarum, circumstantiarum, negotiorum, & casuum: cum igitur non sit innata, erit acquisita per repetitionem actuum prudentiæ circa diversas materias.

Ad prudentiam acquirendam multum iuvat rerum agendarum longa experiētia, sicut & rectitudo appetitus per virtutes morales ipsi inhærentes.

Directe amittitur prudentia per vitiosas passiones appetitus, quia cum prudentia directe, & per se pendeat à virtutibus appetitus rectificandis ipsum, sicut istæ virtutes directe, & per se amittuntur per passiones, & vitia, ita & prudentia: vnde Aris. *sexto Ethycorū, cap. 5. ait: delectabile, & triste pervertit estimationem prudentia.*

Pru-



Prudentia alia est infusa, alia acquisita. Infusa inest omnibus iustis circa necessaria ad salutem æternam, quia homo per gratiam iustificantem habet ius ad salutem æternam; ergo cum ipsa infunduntur ei omnia supernaturalia dona, & virtutes circa necessaria ad salutem æternam, atque adeò prudentia.

Prudentia acquisita non inest omnibus iustis etiam adultis, quia cum prudentia acquisita pendeat ab experientia, repetitione actuum, & à virtutibus appetitus, & non omnes homines iusti etiã adulti hæc habeant, non omnes prudentiam acquisitam habent.

Prudentia acquisita imperfecta utique non præcipiens, sed solum iudicans de consiliatis, vel si præcipiat, non uniuersaliter, sed solum in vno, vel altero negotio, potest esse cum peccato mortali, quia talis non exigit uniuersalis finis rectam æstimationem ad dirigenda media ad illũ.

In iuuenibus non est virtus prudentiæ acquisita perfecta, quia deest illis experien-

rien-

riencia requisita ad prudentiam, vt lob  
12. *in senibus est sapientia, & in multo tem-  
pore prudentia.*

*DE PARTIBVS FRVDENTIÆ.*

**P**ARTES prudētia alia sunt integrales,  
alia sunt subiectivæ, alia potentia-  
les. Integrales sunt, quæ necessario con-  
currunt ad perfectum actû virtutis prin-  
cipalis prudentiæ. Subiectivæ sub virtu-  
te prudentiæ continentur tamquam sub  
genere, illud essentialiter diuidentes. Po-  
tentiales sunt virtutes adiunctæ, quæ or-  
dinantur ad aliquos actus secundarios.

Partes integrales prudentiæ sunt me-  
moria, intelligentia, docilitas, solertia,  
ratio, providentia, circûspectio, cautio,  
quia prudētia & est cognoscitiva, & præ-  
ceptiva; quatenus cognoscitiva indiget  
quinque prioribus partibus; memoria  
ad cognoscenda præterita, intelligentia  
ad cognoscenda præsentia, docilitate ad  
acquirendam cognitionem, seu notitiam

pcr

per disciplinam: solertia ad acquirendam cognitionem per propriam ad inventionem, & sollicitudinem: ratione ad cognoscendum quædam ex alijs pratico discursu.

Vt præceptiva vero indiget reliquis tribus: providentia ad ordinandum media ad finem: circumspectione ad perspicendas agendorum circumstantias: cautione ad vitanda impedimenta ordinandorum in finem.

Partes subiectivæ prudentiæ sunt, monastica, regnativa, politica, œconomica, & militaris. Monastica dirigit actiones particulares, qua quis regit seipsum: regnativa est directiva actionum communium, quæ est in Principe Supremo ad regendos subditos: si sit in ipsa communitate ad obediendum Superiori in ordine ad bonum commune, dicitur politica; si sit in Patrefamilias ad regendam domum, dicitur œconomica: si tamen sit in duce exercitus ad regendum exercitum militum, dicitur militaris.

Par.

Partes potentiales prudentiæ sunt tres, eubulia, syneſis, Gñome; cum enim prudentia ſit conſiliativa, & iudicativa ad rectum conſilium, & iudicium requirit virtutes rectificantes intellectum: eubulia datur ad conſilium, & dicitur bene conſiliativa: ſi iudicium ſit per regulas ordinarias, ſeu rationes inferiores, datur ſyneſis: ſi autem per regulas extraordinarias, & rationes superiores datur Gñome.

*DE PECCATIS CONTRA PRVDENTIAM.*

**P**eccatum imprudentiæ duplex eſt: aliud omiſſionis contra præceptum affirmativum, Matthæi 10. *eſtote prudentes*, & dicitur imprudentia privatiua, & conſiſtit in negligentia adhibendi ſtudium ad prudentiam habendam, & talis negligentia eſt contra virtutem ſtudioſitatis.

Aliud eſt peccatum cõmiſſionis, quod cõſiſtit in actu cõtrario actui prudentiæ,

Et

&

& vocatur imprudentia contrarie. Peccatum commissionis subdividitur in peccata manifeste contraria prudentiæ, & peccata, quæ quamdam similitudinem falsam habent cum prudentia.

Peccata manifeste contraria prudentiæ sunt quatuor: præcipitatio, inconsideratio, inconstantia, negligentia.

Præcipitatio est peccatum imprudentiæ contra rectum consilium prudentiæ, & virtutem eubulæ ei adiunctam ad bene consiliandum, quia sicut præcipitatio corporalis est corruere vsque deorsum non ordinate descendendo per gradus, ita præcipitatio moralis est descendere ad operationem absque consilio rationis, quod habet suos gradus secundum partes integrales prudentiæ.

Temeritas per idem est ac præcipitatio, & si aliqua sit differentia, consistit in hoc, quod præcipitatio magis videtur procedere ex impetu passionis; temeritas vero ex contemptu regulæ.

Præcipitatio, aut temeritas est peccatum

catum mortale, si contingat per aversionem à regulis Divinis, vt si quis repudiet Divina documenta, aut ea, quæ sunt necessaria ad salutem, præcipitanter, vel temere agat.

Inconsideratio est peccatum speciale imprudentiæ, quia hæc inconsideratio opponitur recto iudicio practico prudentiæ, & virtutibus ei adiunctis, synepsi, & gnome. Peccatum erit mortale, si contingat per aversionem à regulis Divinis: & erit veniale, si inconsideratio est præter regulas Divinas absque contemptu, aut aversione, & absque detrimento eorum, quæ sunt de necessitate salutis æternæ.

Inconstantia duplex est, alia in appetitu, & opponitur virtuti longanimitatis, vel perseverantiæ; alia, quæ opponitur constantiæ rationis præcipientis; & diffinitur, *retrocessio ab bono proposito desinito, consumata per defectum rationis repudiantis id, quod recte acceptaverat titula agenda.*

Ee z

Oppo

Opponitur hoc peccatū præcipuo prudentiæ actui, qui est præcipere, quia inconstans dicitur is, qui incepit opus, & non perficit illud, sed recedit ab eo; at qui deficit in præcipiendo agenda, quæ per cōsiliū, & iudiciū acceptaverat, qui repudiat opus inceptū: ergo peccatum inconstantia est contra actū præcipuum prudentiæ, qui est præcipere ea, quæ sunt consiliata, & iudicata.

Negligentia est duplex: Alia opposita virtuti studiositatis, & consistit in remissione applicandi intellectū ad studiū eorū, quæ scire tenemur. Alia, quæ consumatur in ratione, & consistit in defectu debitæ sollicitudinis, seu diligentia ad præcipienda, & ordinanda agibilia ad finē: hæc negligentia consistit in defectu debitæ sollicitudinis circa agenda, & est speciale peccatū imprudentiæ; & licet negligentia, & inconstantia opponantur eidem actui prudentiæ, diverso modo opponuntur; quia inconstantia opponitur retrocedendo ex infirmitate

*De peccatis contra Prudentiam.* 437  
re; negligentia autem ex defectu promptitudinis, ac sollicitudinis.

Peccata, quæ apparēter similitudinē habēt cum prudentia, sunt quinque: Prudentia carnis, astutia, dolus, fraus, sollicitudo rerum temporalium.

Prudētia carnis est, quæ ordinat agenda ad carnem tamquā ad finem. Assimilatur prudentiæ, quia sicut prudentia ordinat agenda ad finem, ita prudentia carnis ordinat agenda ad finem carnalē, id est ad sensibilia tamquam ad finē: contrariatur, quia prudentia ordinat agenda bona ad finē rectū totius vitæ humanæ, qui est vivere secundū rationem; at prudētia carnis ordinat agēda ad opera carnis, seu sensibilia, tamquā ad finem.

Prudentia carnis est peccatum mortale, Romanorum 8. *Prudentia carnis mors est; & statim, quoniam sapientia carnis inimica est Deo, quod est proprium peccati mortalis, & ideo subdit, legem enim non est subiecta, nec enim potest, & hoc est verum, si prudentia carnis ordinet*

Ec 3

agen-



agenda ad opera carnis tamquam ad vltimum finem; si vero ordinet aliquod agibile ad carnem in particulari negotio, non tamquam ad vltimum finem, sed deordinatione particulari absque averseione à Deo, non est peccatum mortale, sed tantum veniale.

Astutia ordinat ad consequendum finem, siue malum, siue bonum, non veris medijs, sed simulatis, & apparentibus: est peccatum contra prudentiam, quia prudentia ordinat ad bonum finem per vera, & recta media; non sic astutia: distinguitur à prudentia carnis, quia hæc ordinat determinate ad pravum finem apparenter bonum; astutia ad finem indifferentem, siue bonum, siue malum, malis medijs.

Peccatum astutiæ reputat Apostolus indecorum 2. ad Corinth. 4. *abdicamus mala de decoris non ambulantes in astutijs: si est nociva proximo, est ex genere peccati mortale: si vero officiosa, vel iocosa, est peccatum veniale.*

Do:

Dolus est peccatum pertinens ad astutiam, quia astutia ordinat vias simulationis, non veras, sed tantum apparentes, ad consequendum finem; dolus est executio horum mediorum sive per verba, sive per facta: dolus ergo est executio mediorum, quæ ordinat astutia.

Fraus etiam est subdita astutiæ, quia fraus exequitur eadem media astutiæ non generatim, sicut dolus, sed determinate per facta. Executio prædicta doli, & fraudis maxime est in materia iniustitiæ, & specialiter in emptione, & venditione, & similibus contractibus.

Solicitude rerû temporalium est illicita, primo, si quæramus temporalia, ve finem, maxime ordinando spiritualia ad illa: secundo propter superfluum studium, quod apponitur ad procuranda temporalia; maxime si hæc sollicitudo retrahat ab spiritualibus, de qua Matthei 13. dicitur, quod *solicitudo seculi suffocatur semen Verbi Dei.*

Tertio propter turpem timorem, cū

Ec 3

sci

scilicet quis timore inopiæ rerum temporalium, de ijs sollicitus relinquat ea, quæ agenda sunt ex præcepto, vel consilio Divino.

Hinc, solû prohibetur nimia sollicitudo, & est peccatû contra prudentiã, quia sollicitudo vitiosa opponitur sollicitudini prudenti, & rectæ rationi agibilibus; quatenus sollicitè præcipit, & ordinat agibilia ad finem: & est peccatû mortale, si in rebus temporalibus constituat vltimum finem totius humanæ vitæ; vel si propter temporalia consequenda, vel quærenda, cõtemnatur grave præceptum charitatis, vel Iustitiæ, vel retinendo aliena, vel non erogando propria in gravi proximi necessitate.

### DE IUSTITIA.

**I**us secundum primam sui impositionem significat iustum, & æquum in ipsiis rebus inter diversas personas. Deinde translatum fuit hoc nomen *Ius* ad significandum artem; seu peritiam ad inve-

niendi iustum, qua significatione peritia  
canonum, & legum dicitur *Ius*, & sic dif-  
finitur ius, *ars boni, & æqui.*

Iuxta has significationes ius primo di-  
viditur in ius obiectivum, quo res æqua-  
tur, seu, vt ita dicā, iustantur inter se: &  
in ius formale, scilicet artem, seu scien-  
tiam, qua ius illud invenitur: & iuris re-  
gulam, qua ius illud, seu iustum in cōmu-  
nitate hominum perfecte sancitur, & di-  
citur alio nomine *lex*; & vt formalius lo-  
quamur, ius aliud obiectivum, aliud  
formale, aliud præceptivum.

Ius pro lege solet dividi in ius natu-  
rale, ius divinum, & humanum. Iustitiæ  
virtutis cardinalis obiectum speciale  
est ius obiectivum, seu iustum, & sic in-  
telligendus Isidorus, & Aristoteles, qui  
dicunt iustitiam esse operativam iusto-  
rum; cū enim ius, seu iustū sit quid honestum  
reducens ad æqualitatem debitam  
res proprias hominum diversorū, potest  
specificare actū, & habitum humanū ho-  
nestū, & virtuosum in ordine ad alterū;

& ta-

& talis habitus appellatur iustitia. Iustitiæ obiectum, nempe iustum, importat tres conditiones. Prima, quod sit ad alterum. Secunda, quod sit debitum illi, cuius dicitur ius: Tertia, quod sit æquale in reddendo: ius ergo, quod est obiectum iustitiæ cardinalis, est ius alteri debitum æquale reddendum.

Dividitur ius in ius paternum, ius dominatiuum, & ius coniugale: ius paternum est inter patrem, & filium: dominatiuum inter dominum, & seruum: coniugale inter virum, & uxorem. Patris ad filium, aut filij ad patrem, in quantum tales, non est simpliciter ius, aut iustum, atque adeo nec iustitia perfecta, quia filius non est alter à patre, cum sit pars substantiæ patris: atque adeo pater, & filius, ut tales, non ordinantur ad bonum politicum reipublicæ, sed ad invicem ut totum ad partem, inter quos non datur ius, nec iustitia, sed solùm coordinantur iure, & virtute pietatis, quæ non est perfecta iustitia, cum non sit ad

alterum simpliciter. Adde, quod filius non potest patri reddere æquale, ex quo capite non potest filius habere ad patrē ius simpliciter.

Inter Dominum, & seruum, vt tales, non est simpliciter ius, aut iustitia, quia seruus est aliquid domini, scilicet instrumentum eius: ergo nō potest esse inter eos ius politicum, aut iustitia.

Inter virum, & vxorem, vt tales, non est simpliciter ius iustitiæ, licet maior sit ratio iuris, quam inter patrem, & filium, Dominum, & seruum, quia vir, & vxor sunt vna caro. Item non ordinatur immediate in bonum commune reipublicæ, quod est politicum, sed ad domesticum regimen: ergo inter virum, & vxorem non est iustum politicum, sed æconomicum, quod non est simpliciter iustum, seu ius, licet inter virum, & vxorē sit plus de ratione iusti, quam inter patrem, & filium, Dominum, & seruum, quia identitas, seu confusio viri, & vxoris est in quamdam socialem vitam

ma-

matri monij, quæ admittit maiorem distinctionem. Inter autem cives, seu homines, quamvis vnus corporis partes, est perfecta iustitia, & consequenter perfectum ius, quia alter non est pars alterius, & satis distinguuntur.

*Iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuendū.* & facit hunc sensum, iustitia est habitus, secundum quem aliquis constanti, & perpetua voluntate ius suum vnicuique tribuit.

Iustitia est virtus moralis, quia bonū facit operantem, & opus eius, reddendo vnicuique, quod suum est. Hæc virtus est in voluntate tamquam in proprio subiecto, quia non in potentia cognoscitiva, cum nemo dicatur iustus ex hoc, quod recte cognoscit, sed ex hoc, quod recte agit, nec in appetitu sensitivo, quia sensus non potest considerare proportionem vnus ad alterum, quæ respicitur à virtute iustitiæ.

Est nobilissima virtus inter morales; quia iustitia residet in voluntate, & se,

qua.

cundum aliquos fortitudo, & téperantia in appetitu sensitivo. Itē, quia obiectum iustitiæ est nobilius, cū trāseat ad alios, benefaciendo eis in reddendis debitis.

Materia circa quam iustitiæ, sunt actiones exteriores, & res, quæ ad vsū hominis pertinēt, siue corporales, siue incorporales, vt patronat<sup>9</sup>, dominiū, &c.

Adverte, quod iustitia non versatur circa materiam externam, sicut ars: hæc enim operatur faciendo artificiata; iustitia vero vitur ipsis rebus constituendo ius unius ad alterum: ars cudit monetam, & iustitia moneta debitū solvit creditori: architectus domū construit, domo cōstructa vitur iustitia, vt obligationi satisfaciatur, qua ex contractu se obstrinxit domū taliter ædificare.

Medium iustitiæ est medium rei; mediū rationis ad alias virtutes expectat. Medium rationis constituitur per prudentiam, quæ consideratis omnibus circumstantijs, constituit tale mediū, determinando materiam pro-

por-



portionatam hic, & nunc rectæ rationi, vt quando, quomodo, & quantū sit elargiendum, vt elargitio sit actus virtutis liberalitatis : alterum est medium rei, quod cōsistit in adæquatione, seu æqualitate rei ad rem.

### DE SPECIEBUS IUSTITIÆ.

**D**ividitur Iustitia in legalem, distributivam, & commutativam. Iustitia legalis est, *qua partes communitatis perfecte ordinantur ad iustum boni communis*, quia bonum commune exigit suū ius, idque præstantissimum : igitur datur aliqua Iustitia, quæ ad illud reddendum ordinet, & inclinet homines.

Dicitur *legalis*, quia bonum commune per leges natum est promoveri. Est species iustitiæ virtutis Cardinalis; distincta à distributiva, & commutativa: quod si dicatur generalis, est, tum quia respicit bonum commune, quod generale est; tum quia generaliter movet,

or.

ordinat omnes alias virtutes ad suum obiectum, scilicet ad bonum commune tamquam ad finem.

Iustitia legalis, quamvis eadem specificè sit in Principe, & in subditis, principalius tamen in Principe legislatore: est eadem specie in Principe, & in subditis, quia habet idè formale obiectum, scilicet ius boni communis, in Principe præcipiendo, in subditis obediendo; in Principe principalius, quia ad eum expectat ordinare, & regere per leges, promovendo bonum commune.

Iustitia distributiva est, qua bona communia regni, vel civitatis distribuuntur inter partes communitatis secundum proportionem meritorum. In hac definitione explicatur materia distribuenda: ius, quod respicit tamquam obiectum, scilicet iustum, æquale proportionabiliter meritis: & finis, seu subiectum, cui facienda est distributio, scilicet particulares personæ communitatis, à quo dicitur iustitia particularis. Hinc patent

actus

actus iustitiæ distributiæ: interior, scilicet recta voluntas distribuendi: exterior, ipsa efficax distributio secundum proportionem debitam meritorum.

Medium rei huius iustitiæ constituitur secundum proportionem geometricam, non attendendo secundum absolutam quantitatem rei ad rem, neque præmij ad meritum, sed secundum proportionalitatem rei distribuendæ ad inæqualitatem meritorum respectiue: quia potest contingere, quod præmium distribuendum non sufficiat ad æquare merita postulantiũ, & tunc opus est attendere, & diuersitatem meritorũ, & proportionẽ cũ parvitate præmij: V. G. si bona dividenda valoris, vt sex, sunt distribuenda inter duos, quorũ alter meretur sex, & alter tria; priori danda sunt quatuor, & posteriori duo, quia sicut se habet sex ad quatuor, ita tria ad duo: cum sicut fenarium excedit quaternarium in dimidio, quaternarij, ita ternarium excedit binarium in dimidio binarij; & hæc est

æqua

æqualitas proportionalitatis geometri-  
cæ, cum sit in utroque, manente sexquial-  
tera, proportio sui meriti ad illam quan-  
tatem materiæ distribuendæ.

Iustitia distributiva, quamvis præci-  
pue resideat in distributore, qui præsidet  
bonis distribuendis; etiam inest subditis,  
quibus bona distribuuntur. Primum pa-  
tet: quia actus iustitiæ distributi-  
væ est distribuere. Secundum videtur: quia sub-  
diti, qui sunt conformati iusta distribu-  
tione, & ea satisfacti, & acquiescen-  
tes, habent effectum iustitiæ distribu-  
tivæ.

Iustitia commutativa est, qua reddi-  
tur unicuique res propria secundum  
æqualitatem rei redditæ ad rem debitam  
in commutationibus: unde hæc Iustitia  
exercetur inter ipsas partes communita-  
tis, unius civis ad alterum, cum inter hos  
fiat commutatio, V. G. emptio, venditio,  
mutuum, depositum, furtum, restitutio &c.

Materia iustitiæ commutativæ duplex  
est, proxima, & remota. Remota, sunt

Ff

res

res ipsæ, V. G. pecunia, triticum, &c. & hæc materia in vtraque iustitia distributiva, & commutativa non differt: materia proxima sunt actiones exteriores, scilicet ipsæ commutationes: istæ sunt in duplici differentia, aliæ voluntariæ, aliæ involuntariæ. Involuntariæ sunt, quæ versantur circa rem alterius, eo invito, vt furtum, rapina, destructio, devastatio, &c; aut circa personam nolentem, vt homicidium, percussio, detractio, contumelia, &c.

Voluntariæ commutationes sunt, quæ voluntarie ab vtroque operante fiunt, vt emptio, venditio, locatio, conductio, mutuatio &c. Ad distributivam solum expectat distribuere bona iuxta proportionem meritorum: ad commutativam, dirigere, & rectificare commutationes voluntarias, vt recte fiant, & reparare involuntarias, & iniustas, vt ad debitum iustum reducantur.

Medium iustitiæ commutativæ est secundum proportionem arithmeticam rei

ad

ad rem, seu quantitatis ad quantitatem, & numeri ad numerum, vt si Petrus, & Paulus singuli possident sex, & Paulus auferat à Petro duo: Paulus habebit octo, & Petrus quatuor: reducetur hic excessus ad medium iustum, si Paulus reddat Petro sua duo, quia tunc vnusquisque habebit sua sex, quæ est proportio arithmetica, idest equalium numerorum: si abstulisti, vel recepisti ab alio duo, redde duo, quæ debes, & seruabis medium Iustitiæ commutatiuæ.

Iustitia commutativa est vna specie infima, quia obiectum eius est vnicum indivisibile formaliter: nam est iustum omnino æquale: & nihilominus contra hanc virtutem sunt plura vitia iniustitiæ specie diversa propter varios, ac diversos modos, quibus contingit discedere ab eadem re, vt ab albo colore receditur per nigrum, per viride, per flavum &c.; & ab eodem indivisibili termino receditur per motum sursum, & per motum deorsum, per rectum, per circularem, & obliquum.

Præcipuus actus iustitiæ commutativæ est restituere, quia adæquatus actus, per quem definitur iustitia commutativa est tribuere unicuique, quod suum est, iteratò constituens illum in dominio, vel possessione rei sue, quod est restituere.

Iustitia commutativa distinguitur essentialiter à distributiva ex diversitate obiectorum formalium, ut dictum est.

Vindicatio assumpta à Iudice, sive ex suo officio, sive ad instantiam partis, pertinet ad spèciem Iustitiæ commutativæ; quia actu vindicativo rependitur delinquenti pœna æqualis debita delicto, & restituitur rei publicæ honor, quem amiserat ex scelere sui civis, seu partis communitatis; præmiatio vero ad iustitiam distributivam, cum ista solum attendat, quid in se quisque mereatur.

### *DE INIUSTITIA IN GENERE.*

**I**niustitia est vitiũ speciale ab alijs distinctum, nam sub genere vitiij clauditur

tur

tur vt species illius, & ab alijs distinguitur, scilicet ab intemperantia, imprudentia &c: hæc non est species infima, quia continet sub se inferiores species iniustitiæ, nimirum iniustitiam illegalem, & iniustitiam particularem, nam tot modis dicitur vnum oppositum, quot & aliud; sed iustitia diuisa est in legalem, & particularem: ergo iniustitia recte dividitur in illegalem, & particularem: illegalis, que cõtemnit bonum commune; particularis, que destruit equalitatem boni particularis.

Iniustitia illegalis est vitium speciale secundum essentiam, nam habet speciale obiectum, & opponitur speciali virtuti, puta iustitiæ legali; potest tamen dici vitium generale secundum intentionem, seu motionem, quia imperare potest omnibus vitijs, sicut iustitia legalis omnib<sup>9</sup> virtutibus: vnde iniustitia illegalis non includitur formaliter in omni peccato, sicut neque formalis inobedientia; potest enim homo furari, fornicari &c;

Ff 3

absque



absque cōtemptu legis, aut legislatoris, licet vtraque materialiter sit inclusa in omni peccato: neq; ista materialis inclusio est de necessitate aperienda in confessione, quia cum sit modus generalis non dat speciem peccato.

*Iniustitia commutativa sic definitur, habitus, quo aliquis volens infert iniustum, seu inaequale contra ius alterius nolentis.*

Iniustitiæ peccatum est mortale ex genere suo, quia repugnat charitati, cū charitas inclinēt ad bonum proximi, iniustitia vero ad detrimentū illius. Diximus *ex genere suo*, quia vel ex imperfecta deliberatione, vel ex paruitate materiæ potest iniustitia reddi peccatum veniale.

Iniustitia particularis dividitur in iniustitiā pravæ distributionis, quæ appellatur acceptio personarum, & opponitur iustitiæ distributiæ, & in iniustitiam iniquitatis, quæ committitur in commutationibus destruendo æqualitatem alterius contra iustitiam commutativam; & hæc dividitur in plura vitia specie distinc-

ta secundum diversitatem specificam bonorum, in quibus fit alteri iniuria, nimirum in divitijs, si auferantur, invito Domino, clam, committitur furtum; coram, committitur rapina; si contra personam in naturalibus, homicidium, percussio in fama, aut honore, detractio, & contumelia, de quibus omnibus satis dictum est in septimo, & octavo præcepto decalogi, & in tractatu de contractibus.

DE FORTITUDINE, ET  
temperantia.

CONveniunt Doctores, quod subiectum virtutis cardinalis Iustitiæ est voluntas; discrepant tamen, si fortitudo, & temperantia sint in volutate, an in appetitu sensitivo. D. Thomas ponit istas duas virtutes morales in appetitu sensitivo; quia Philosophus 3. *ethycorum* sic tenet, & 1. *ethycorum* dicit, quod sunt in parte irrationabili animæ, & Commentator exponit, quod in ea, quæ est media inter

Ff 4

plan.

plantativam, & rationalem, qualis est appetitus sensitivus. Itē 1. *Politicoꝝ*, cap. 3. dicit, quod ratio dominatur appetitui inferiori, principatu politico; idest civili, ita quod appetitus ille potest contra moveri, ergo ad hoc, ut delectabiliter moveatur à recta ratione, est necessarium ponere in illo tales habitus.

1. Denique fortitudo, & temperantia dicuntur esse in irascibili, & concupiscibili; hæc autem non distinguuntur in voluntate, sed tantum in appetitu sensitivo, quia conditiones obiecti, quas respiciunt, scilicet bonum arduum, & bonum delectabile, non per se variant obiectum voluntatis, sed tantum bonum sensibile, quod obijcitur appetitui sensitivo.

Ecōtrā Scotuscū suis tenet fortitudinē, & tēperatiā esse in volūate, quia virtus moralis est habitus electivus, ex definitione sua 2. *et bycor*; electio autē est actus volūtatē, vel rationis, 6. *et bycor*; est enim appetitus regulativus; hoc autē pertinet ad volūtatē, quæ operatur præsupposita cognitione

rationis; habitus autem est illius potentia, cuius est per se talis operatio: igitur habitus moralis est per se voluntatis.

Item, virtus est per se principium actus laudabilis, 2. *Ethycorum*: nulli autem debetur laus, nisi voluntarie agenti: igitur eius est virtus, cuius est per se libere agere, illud est voluntas.

Denique per Philosophum 1. *Politico- rum*, necesse est principantem habere virtutem, vt recte principetur, & principatliorem, quam in seruo, vt recte subijciatur. Hæc satis pro materia morali. Dicerem tamen, quod in voluntate, cum sit concupiscibilis, & irascibilis: & consequenter poni in ipsa temperantia moderantem passiones concupiscibiles, & fortitudinem moderantem passiones irascibiles, & hoc formaliter, & imperative; in appetitu vero sensitivo esse virtutes morales obedientiales, & imperatas. Veniamus iam ad explicationem passionum concupiscibilem, & irascibilem.

DE

## DE PASSIONIBVS CONCVPISCIBILIS.

**P**Assiones concupiscibiles sunt, amor, odium, desiderium, concupiscentia, delectatio, tristitia, dolor.

Amor est quædam unio affectiva appetito; vel secundum Augustinum, est quædam complacentia in bono sibi proportionato; vel quoddam pondus amanti in bonum amatum, ut dicebat Augustinus, *amor meus, pondus meum, illo feror, quocumq; feror*: omnes istæ definitiones, seu descriptiones idem re ipsa significant.

Dividitur in amorem naturalem, animale, seu sensitivum, & intellectivum, seu rationale. Naturalis, est naturalis inclinatio appetentis ad id, in quod tendit absque vlla apprehensione, sic corpus grave per suam inclinationem amat centrum mundi. Animalis, seu sensitivus est quædam proportio, & coaptatio animalis cum bono ab ipso animali apprehenso: hic amor est in appetitu sensitivo. Amor

in

intellectualis, seu rationalis est actus voluntatis, quo voluntas bonum amat apprehensum per intellectum.

Iterum dividitur in amorem, dilectionem, & charitatem. Amor est communis ad amorem sensitivum, & rationalem: dilectio solum ad rationalem, quia dilectio est amor electivus; eligere autem solum pertinet ad voluntatem. Denique charitas addit supra dilectionem perfectionem, seu modum quemdam amandi cum magno pretio, & æstimatione; charum enim dicitur, quod magno habetur pretio, & inde sumitur charitas, id est amor charus. Hinc amor, quo diligimus Deum, sæpius dicitur charitas, quia Deus dilectus est bonum summi pretij.

Dividitur amor in amorem amicitiae, & concupiscentiae. Amor amicitiae est amor illius personae, cui volumus bonum; amor concupiscentiae est amor boni, quod volumus personae; vel amor amicitiae est, quo amamus bonum prout in se, exclusa quavis propria convenientia; amor con-

cu-

cupiscentiæ, quo amamus bonum prout nobis cōueniens; vel amor amicitie, quo amamus aliquem cum mutua redamatione, & communicatione adinvicem.

Plures sunt causæ amoris. Prima, & essentialior est bonum: cum enim bonū sit obiectum motivum amoris, dicitur ipsius causa formalis.

Secunda est cognitio boni, quia omnis amor causatur ex aliqua cognitione boni amati; nullus enim potest amare id, quod non cognoscitur.

Tertia causa amoris est similitudo. *Ecclesiastici* 13. *omne animal diligit simile sibi*: quia vnumquodque amat, quod est sibi proportionatum, & conveniens: similitudo autē consistit in hac proportionē, & convenientia vnitatis, cū fundetur in vnitatem, & participatione eiusdē formæ.

Similitudo causa amoris duplex est: altera in actu, altera in potentia. Prima supponit eandem formam in vtroq; extremo. Secunda, capacitatem in vno ad consequendā perfectionem alterius. Pri-

ma similitudo est causa amoris amicitiae, quoniam similes similitudine actualis forme, seu perfectionis, melius sociantur, & communicantur, & redamantur. Posterior similitudo causat amorem concupiscentiae, quia vnusquisque amat sibi, quod sibi deest, si sit capax habendi illud; talis est amor concupiscentiae.

Plures sunt effectus amoris, nempe vnio, inhæsiō mutua, extasis, zelus, liquefactio, fruitio, languor, & fervor.

Primus effectus amoris est vnio amantis cum amato: Ita Augustinus dum dicit, quod amor copulare appetit amantem, & amatum: & de hac Philosophus 2. Politicorum, vbi ait, quod Aristophanes dicebat, quod amantes desiderant ex ambobus fieri vnum: sed quia ex hoc fieret, aut ambos, aut alterum corrumpi, quærunt vnionem, quæ convenit, & decet, vt scilicet simul conuersentur., & simul colloquantur, & in alijs huiusmodi coniungantur. Quo fit, vt absentia inter amantes tam egre feratur.

Se-



Secundus est inhæsiō mutua inter amantem, & amatum, quæ duplex est: Altera cognoscitiva, altera appetitiva. Illa nil aliud est, quam amantem esse in amato, & amatum in amante per apprehensionem, & mutuam cōtemplationem: Sic Paulus ad Philippenses 1. dicebat: *eo quod habeam vos incōrde, id est in cognitione mea.* Ista nil aliud est, quam amatum esse in amate per quamdam complacentiam in eius affectu, ut delectetur in eo, aut in bonis eius, quando est præsens, vel tendat in ipsum per desiderium, quando est absens: tali inhæsiōne amans est in amato, quatenus reputat bona, vel mala amici, sicut sua, & voluntatem amici sicut suam, & quasi ipse in suo amico videatur bona, vel mala pati: & ideo proprium est amicorum eadem velle, & de eodem tristari, & gaudere. Unde inhæsiō ista in sacris litteris appellatur conglutinatio. 1. Regum, 18. *Anima Ionathæ conglutinata est anima David, & dilexit cum Ionathas, quasi animam suam.*

Tera

Tertius effectus est extasis. Hic effectus est quedam vis amoris, qua amans exit extra se: extasis autem ista extrale contingit dupliciter: Vno modo secundum vim apprehensivam, seu cognoscitivam: alio modo secundum appetitivam. Primo modo constituitur aliquis extra se, quando ponitur extra cognitionem sibi propriam, vel quia ad superiorem elevatur, scilicet ad cognoscenda aliqua, quæ sunt supra se sum, & rationem naturalem, vel quia ad inferiora deprimitur, videlicet cum aliquis in furiam, vel amertiam incidit. Alio modo dicitur aliquis extasim pati, quando eius appetitus in alterum fertur exiens quodam modo extra seipsum quærendo ea, quæ extra se sunt, & extraneando se à semetipso propter alterius amorē vehementi quodam connatu, & extensione affectus ad rem amatam. Primam extasim facit amor quasi occasionaliter, & dispositive, quia disponit amantem ad intensam, & vehementem cogitationem, & meditationem de amato, scrutando illius intima:

inten.

intensa autem , & vehemens cogitatio  
vnius obiecti extrahit cogitatem ab alio:  
atque adeò , cum hæc cogitatio in alte-  
rum tendat , vehementer extrahit cogi-  
tantem à seipso , & in tantum potest ex-  
trahere in amore rerum naturalium , vt  
amans deprimatur ad inferiora , & inci-  
dat in amentiam.

Circa Deum, & supernaturalia: aman-  
tibus, & contemplantibus Deum contin-  
git exire extra se per elevationem ad su-  
periora , & extractionem à sensibus, &  
interdum est ita vehemens hæc alienatio,  
& extasis, vt extaticus patiatur raptum,  
& totalem abstractionem à sensibus, vt  
Paulus, quando raptus est ad videnda ar-  
cana Dei ; hanc extasim non semper cau-  
sat amor, sed aliquando.

Secundam extasim, scilicet secundum  
vim appetitivam causat amor directe, &  
semper, si est verus amor amicitiae, quia  
vult alteri bonum, scilicet amico, vnde  
amando ipsum exit extra se, & similiter  
amando bonum ipsi amico, quia nihil sibi

que

quærit, sed curâ gerit de alio, atque adeò perfecte extrahitur à se per affectum amicitiaæ, & efficit perfectiorem extasim.

Quartus amoris effectus est zelus, quia amor est quidam motus in amatum, & motus in aliquem terminum conatur excludere quidquid impedit consecutionem termini, consequenter amor per se conatur excludere quidquid repugnat perfectæ consecutioni rei amataæ, maxime si amor sit intehsus: & talis conatus contra impedimentum est zelus.

Zelus duplex est: Alter ex amore cõcupiscentiaæ, alter ex amore amicitiaæ. Primus est, quando quis vehementer aliquid amat sibi, & movetur contra omne illud, quod repugnat consecutioni, vel quiete fruitioni rei amataæ, qua ratione viri solent zelare vxores, ne per cõsortium aliorum impediatur singularitas fruitionis earum: & hic retinet commune nomen zeli, & zelandi.

Zelus amicitiaæ respicit bonum ami-

Gg

ci,

ci, sicut & ipse amor: vnde, quando iste amor est vehemens, & intensus facit amantem moveri contra id, quod repugnat bono, seu commoditati amici, & secundum hunc zelum aliquis dicitur zelare pro amico, quando repellere studet quidquid in dictis, vel factis est contra bonum amici: hic autem zelus potest appellari æmulationis. 2. *Corinthiorum* 1. *amulor enim eos Dei æmulatione.* 3. *Regum* 19. *zelatus sum pro Domino exercituum.* Et *Ioannis* 2. *zelus domus tue comedit me.* Et *Divus Dionysius.* 1. *de Divinis nominibus* ait, quod Deus appellatur zelotes propter infinitum amorem, quem habet ad creaturas.

Quintus effectus amoris est liquefactio, *Canticorum* 5. *anima mea liquefacta est, vt locutus est,* scilicet sponsus. Hic effectus opponitur congelationi, seu duritiei: ea enim, quæ sunt congelata, sic constringuntur, & indurantur, vt non possint facile pati subtractionem alterius: ad amorem autem pertinet, quod appetitus sit ita dispositus, & coaptatus, vt facile possit

sit

fit recipere amatum. Vnde cor amantis debet habere liquefactionem, vt amatum in se recipiat, & hoc est, quod dicitur per Ezechielem. cap. 36. *auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum*, id est cor mollificatum, & liquescens. Dicitur etiam liquefactio vulneratio cordis, *Canticorū cap. 4. vulnerasti cor meum soror mea: Quæ vulneratio significat apertionem cordis.*

Sextus effectus est fruitio, id est delectatio quieta, quæ causatur ex amore in præsentia boni amati, & possessi,

Septimus effectus est languor, de quo *Canticorum 2. fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Hic effectus causatur ex amore vehementi, & intenso in absentia amati.

Vltimus est fervor: hic effectus est quidam excessus desiderij de consecutione amati absentis ad instar aquæ ferventis propter excessū caloris: *Canticorum. 3. lampades eius, lampades ignis, atque flammæ.*

Hg 2

DE

## DE ODIO.

**O**diū est nolitio mali, seu aversio appetitus ab aliquo malo. Potest diuidi eadem diuisione proportionaliter, qua diuimus amorem, scilicet in odium inimicitiae; & in odium abominationis. Primum opponitur amori amicitiae: secundum amori concupiscentiae. Odium inimicitiae est, quo alicui malū volumus: odiū abominationis est, quo aliquod malum avertimus, & fugimus.

Præcipua causa odij est malum, quia odium habet pro obiecto malum, cū contrarietur amori, cuius obiectum est bonū: quod intelligitur de malo, siue vero, siue apparenti, siue ficto.

Alteri causa odij est amor, quia omnes passiones causantur ex amore, vt docet Augustinus lib. 14. de Civitate Dei, cap. 7. Quod ergo & passio odij causatur ex amore, quod sic explicatur: nam odium consistit in quadam repugnantia, vel dissonan-

tia

ut ad aliquid disconueniens; & nil repugnat, & disconuenit alicui, nisi quia opponitur bono cōuenienti: ergo ex eo aliquis odit malum, quia habet bonum oppositū. Ex quo inferitur, quod amor sēper est fortior odio, quia est causa odij, causa autem est fortior effectu.

Nemo potest seipsū odio habere per se loquendo, quia vnum quodque naturaliter appetit sibi bonum conueniens ad suū esse, consequenter non potest appetere sibi malum contrarium, quia appeteret suā destructionem: appetere autem sibi malū est odio habere se; ergo impossibile est, quod aliquis se odio habeat.

Dixi pensē loquendo, quia per accidens contingit, quod aliquis seipsum odio habeat; quia potest aliquis appetere sibi malum simpliciter sub aliqua ratione boni vtilis, vel delectabilis: ergo saltim per accidens contingit aliquem se odio habere, quod significatur in Psalmo 10. *qui diligit iniquitatem, odit animam suam.*

Veritas in universali, & secundum

Gg 3

dum



quum se ipsam non potest odio haberi, quia non potest in vero sub ratione veri apprehendi aliqua ratio mali, seu disconvenientis; veritas autem in particulari considerata potest odio haberi, quia aliquæ veritates in particulari apprehenduntur, ut nocivæ, & impeditivæ consecutionis aliquid rei amatæ: igitur possunt odio haberi. Hinc Iob. cap. 21. *scientiam viarum tuarum volumus*, quod intelligitur de scientia viarum, & veritatum Christi, & D. Augustinus lib. 10. *Confessionum*, cap. 23. ait, quod homines amant veritatem lucentem, & odierunt eam redarguentem.

## DE DESIDERIO, ET DE

*delectatione.*

**C**ommuniter concupiscentia, & desiderium accipiuntur pro eodem, quavis strictè concupiscentia accipiatur pro parte opposita parti irascibili. Desiderium est *actus appetendi bonum delectabile absens per modum tendentis, & inhiantis in ipsum*: &

hoc

hoc modo specialis passio residet in parte concupiscibili. Distinguitur desiderium essentialiter à passionibus respicientibus malum, vt à fuga: quia sicut desiderium respicit bonum delectabile absens, ita fuga respicit malum triste, seu tristabile, vt absens, recedendo ab ipso per motum appetitus.

Secundo desiderium versatur circa bonum per modum accessus, & prosecutionis: fuga vero circa malum, recedendo, & fugiendo ab ipso.

Ab alijs passionibus respicientibus bonum essentialiter differt desiderium: ab amore, quia amor respicit bonum absolute, & secundum se, cum indifferentia absque determinatione ad præsens, vel absens: à delectatione, quia delectatio respicit bonum, vt præsens: desiderium bonum, vt absens: istæ autem differentię boni, vt secundum se considerati, & vt absētis, & vt præsetis causant passionēs essentialiter diversas, quia in motibus, seu actibus appetitus præsentia boni facit appetitum in ipsa quiescere; absentia vero facit ad ipsum bonum distans moveri;

Gg 4

ab-

absoluta autem ratio boni abstrahens à præsentia, vel absentia, nec causat motū, nec quietem formaliter, sed quamdam cōformitatem, consonantiam, & coaptationem appetitus per simplicem complacētiam in ipso bono secundū se considerato.

Ab ipse differt, quia quamvis spes respiciat bonum absens, diverso tamen modo: quia desiderium respicit bonum absens, ut delectabile, consequibile per simplicem motum: spes autem respicit bonum absens, ut arduum, & ut assequibile irrumpendo, & vincendo difficultates.

Desiderium irrationale appetitus sensitivi sequitur apprehensionem animale, seu sensitivam secundum sensus corporeos: desiderium vero rationale sequitur apprehensionem rationis: quia bonum delectabile desideratum est duplex: Aliud cōveniens naturæ animali, ut cibus, & potus; aliud cōveniens naturæ rationali secundum rationem ductæ. Desiderium irrationale, seu naturale est commune hominibus, & animalibus: desiderium

rationale est proprium solius hominis.

Desiderium naturale irrationale nō appetit infinitum in actu secundum quantitatem, quia natura est determinata ad vnum certum, & finitum, sibi necessarium, V. G. ad cibum, & potum determinatum, & finitum; per accidens tamen appetit quasi infinitum per successionem, quia illud determinatum, quod requirit, consumitur: vnde, quamvis non appetat cibum infinitum secundum magnitudinem, appetit tamen iteratam sumptionem cibi sine termino, aut fine, eo quod cibus non permanet.

Desiderium rationale appetit infinitum absque vlla determinatione, quia rationi competit propter suam universalitatem in infinitum procedere, apprehendendo appetibile sine termino, aut fine: potest tamen voluntas ipsi desiderio præfigere terminum, vt si quis appetens divitias propter necessitatem vitæ, concupiscat divitias finitas sufficientes ad necessitatem vitæ.

Delect

Delectatio est quidam affectus anime, & constitutio simul tota in naturam existentem. Dicitur affectus anime, ut genus, quia omnis passio appetitus est quidam actus, seu affectus ipse: Dicitur constitutio in naturam existentem, quia hæc passio constituit appetentem in præsentia rei desideratæ: nam bonum, quod desiderabatur futurum, dum iam est præsens, causat delectationem. Dicitur simul tota, quia delectatio non consistit in fieri, sed in facto, & in termino motus. Terminus autem motus, cum sit indivisibilis, totus simul habetur; per accidens autem contingit, quod delectatio fiat successive, & cum duratione temporis, eo quod bonum adeptum, in quo appetitus quiescit, subiaceat aliquando transmutationi, ut patet in aliquibus delectationibus in rebus successivis, V.G. in cibo, & similibus.

Delectatio dividitur in gaudium, & delectationem: gaudium solum significat delectationem secundum rationem: delectatio quamcumque sive rationalem, sive

irra-

irrationalem. Gaudium dividitur in letitiam, exultationem, & iucunditatem: letitia est gaudium cum dilatatione cordis: unde letitia dicitur quasi latitia, id est latitudo: exultatio est gaudiū prorūpens in signa exteriora corporalis motus: Unde de Ioanne Baptista dicitur, *exultavit in gaudio infans in utero*: iucūditas est gaudiū prorumpens in iocum exteriorem, à quo gaudens dicitur iucundus, seu iocundus.

Ultimo dividitur delectatio in sensibilem, & spirituales; hæc pertinet ad appetitum intellectuales, qui est voluntas: sensibilis, quæ pertinet ad appetitum sensitivum. Delectationes spirituales, & intelligibiles sunt maiores delectationibus corporalibus, & sensibilibus, quia bonum spirituale est maius, quam corporale, & ipsa potentia intellectiva est nobilior in sua operatione, quam sensitiva, & coniunctio boni spiritualis cum appetitu intellectivo est magis intima, magis perfecta, & magis firma, de quibus Psalmo 118. *quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.*

De-

Delectationes corporales sunt vehementiores quoad nos, quia sensibilia sunt magis nota nobis, quam intelligibilia, & ideo plures sequuntur has delectationes, quam spirituales; tum quia delectationes sensibiles sunt cum aliqua transmutatione corporali, cum sint in appetitu sensitivo corporeo, & hæc transmutatio causat vehementiores passiones, ita vt faciant aliquando homines insanire. 7. *Ethycor. cap. 3.*

Intra limites delectationū sensibilibum maiores sūt delectationes tactus, quæ delectationes aliorū sensuum, stādo in linea corporali, quia delectationes tactus deserviunt ad conservationem speciei naturæ corporalis, vt patet in delectationib⁹ veneris; vel ad cōservationē individui, vt delectationes cibi, & potus, quæ pertinent ad gustum, qui est quidam tactus.

Si autem delectatio corporalis, & sensibilis in homine consideratur, vt deserviens intellectui, sic delectatio visus est potentior, quia sensus visus magis deservit intellectui, cum inter sensus sit

subtilior, & perfectior; & statim sequitur auditus, per quem ingreditur disciplina intellectualis; vnde secundum diversas complexionones, & inclinationes hominum vigent magis, vel minus delectationes vnius sensus, quam alterius: homines enim complexionis igneæ, & sanguineæ, quia sunt aptiores ad intelligendum, solent maxime gaudere delectationibus visus, & auditus.

Causæ delectationis sunt: operatio, quia ad delectationem duo potissima requiruntur, scilicet consecutio boni convenientis, & apprehensio, seu cognitio huius adeptionis boni, & vtrumque in operatione consistit.

Motus, quia ad delectationem requiritur cōiunctio delectabilis cum appetitu, & cognitio ipsius cōiunctionis, quod fit per motum, seu mutationem: nam aliquando est nobis conveniens remotio vnius cōiuncti, & adventus, seu cōiunctio alterius boni, quod fit per motum. Itē cōtinuata præsentia delectabilis superexcedit aliquādo mensurā proportionatam



appetitui, & tunc oportet removeere hoc delectabile, & talis remotio est delectabilis, quæ quidem fit per motum, seu mutationem.

Spes est causa delectationis, quia spes præbet facultatem adipiscendi bonum, quod delectat; sed adeptio boni delectabilis est, quæ proxime, & potissime causat delectationem, Romanorum 12. *Spe gaudentes.*

Memoria est causa delectationis, quia memoria facit delectabile præsens, & cōiunctum secundum apprehensionem, Psalm. 76. *Memor fui Dei, & delectatus sum.*

Tristitia est causa delectationis, vel quia tristitia de absentia rei dilectæ adducit ad memoriam rem ipsam dilectam, memoria autem rei dilectæ causat delectationem: alio modo tristitia præterita conservata in memoria causat delectationem propter evasionem à malo, quod tristabat. Vnde non quælibet tristitia memorata est causa delectationis, sed illa, quæ habet anexam evasionem

à malo, quod tristabat. Ex quibus patet, quod tristitia, cum sit contraria lætitiæ, non causat delectationem per se, sed per accidens, & occasionaliter, quemadmodum frigus aliquando causat calorem per irritationem contrarij, vel per antiperistalsim, vt experientia docet in his, qui manibus premunt nivem, sentiunt deinde ardere manus, & in hyeme aqua fontium calefit à frigore per antiperistalsim recludente calorem in puteis, pellendo illum è medio. Sic tristitia adducendo ad memoriã delectabile absens, de quo tristatur, vel tristitia, vt præterita cum memoria eversionis ab illa, causat per accidens delectationem.

Actiones alienæ sunt causa lætitiæ vno modo, quatenus operatio alterius beneficit nobis: alio modo, quatenus operationes aliorum afferunt nobis aliquam cognitionem, vel æstimationem proprii boni. Hinc actiones laudandi, vel honorandi sunt causa delectationis his, qui laudantur, & honorantur, & tanto major est delectatione.

lectatio laudati, quanto laudans est melior, & sapientior. Ultimo actiones alienę sunt causa delectationis propter unionem amoris, per quam fiunt quasi propria.

Benefacere alteri est causa delectationis ipsi benefactori, vno modo, quatenus bonum, quod alteri facimus, sit proprium nostrum propter unionem amoris: alio modo, quatenus alteri benefaciendo speramus retributionem, spes autem est causa delectationis. Denique quatenus benefaciens existimat se abundare bonis, quę elargitur.

Similitudo est causa delectationis, quia similitudo est causa amoris: amor est causa delectationis.

Ultimo: admiratio est causa delectationis, quia admiratio est quoddam desiderium sciendi causam viso effectu, quod habet adiunctam spem consequendi talem cognitionem causę, spes autem est causa delectationis.

Plures sunt effectus delectationis:

Pri-

Primus est dilatatio animi, ex duplici ca-  
pitate: primo ex apprehensione, nam is, qui  
delectatur apprehendit se consecutum ef-  
se aliquam perfectionem; perfectio autē  
est spiritualis magnitudo, seu latitudo: er-  
go animus hominis per delectationē mag-  
nificatur, & dilatatur.

Secundo ex parte facultatis, seu virtu-  
tis appetitivæ, quæ quiescit in re delec-  
tabili, quasi se tradens ad recipiendam, &  
continendam intra se rem delectantem,  
quod est quodammodo ampliari; & dila-  
tari ad capiendum in se id, quod delectat.

Secundus est desiderium, vel sitis ipsius-  
met delectationis: sitis vero, vel deside-  
rium non accipitur hic in rigore, sed pro  
affectu sine fastidio: sic delectationes spi-  
rituales etiā actu existētes causant sitim,  
vel desiderium sui ipsarū, Ecclesiastici 24.  
*qui bibit me, adhuc sitiet.* & 1. Petri 1. de  
Angelis, qui vidēt Deū, & delectantur in  
ipso dicitur; *in quē desiderant Angeli prospice-  
re*; secus dicēdū de delectationibus corpo-  
ralibus, quæ dū augentur, magis fastidio  
sæ efficiuntur. Hh Im;

Impedire vsû rationis est effectus delectationis, quod intellige de delectationibus corporalibus, quæ vsûm rationis impediunt. primo, ratione distractionis: dū enim aliquis fortius intendit delectationi vnus rei, debilitatur intentio, & attentio circa alias. Secundo, corrumpendo estimationem prudentiæ, quatenus quædam delectationes exorbitantes sunt contra ordinem rationis. Tertio: quatenus delectatio corporalis, eo quod sit vehemens passio, maxime trāsmutet, & perturbet, ac liget organum corporale: huiusmodi autem perturbationes, & ligamina corporalium potentiarum impediunt vsûm rationis.

Vltimus effectus delectationis est perficere operationem: Vno modo, quia delectatio supervenit operationi, vel vt quoddam bonum superadditum ipsi. Secundo perficit operationem ex parte causæ agentis indirecte, quia delectatio facit, vt agens in sua actione capiens delectationem, vehementer attendat ad ipsam,

sam & diligentius eam operetur.

*DE TRISTITIA, ET DOLORE.*

**D**OLOR, seu tristitia est quidam motus animæ, quo displicet malum coniunctum apprehensum; sicut enim ad delectationem duo requiruntur, scilicet coniunctio boni convenientis, & perceptio huiusmodi coniunctionis; ita ad dolorem requiritur coniunctio alicuius mali contrarij displicentis, & apprehensio huius coniunctionis: unde, sicut delectatio est de bono apprehenso, ut presenti, & convenienti, ita tristitia, seu dolor est de malo appreheso, ut disconvenienti, & contrario appetitui; & sicut delectatio est quædam quies conaturalis in bono adeptò, ita tristitia est quædam violenta detentio in malo inflictò à potestate fortiori vincente resistentiam, & conatum appetitus contra tale malum.

Tristitia est dolor, qui ex apprehensione inferiori, uve intellectus, siue imaginatio

Hh2

nis

nis causatur: sicut gaudium dicitur illa delectatio, quæ causatur ex sola interiori apprehensione: dolor vero specialiter dicitur esse ille, qui ex sola exteriori apprehensione sensus causatur circa malum sensibile corporis.

Vnde, quando Augustinus *lib. de natura boni, cap. 29.* dicit, quod dolor est in corpore, vel in sensu, intelligendam est causaliter, quia causa doloris est in corpore, vel in sensu; formaliter vero in appetitu: dolor in appetitu sensitivo: tristitia in appetitu rationali.

Dolor interior cordis per se loquendo maior est, quam dolor corporis exterior, quia causa doloris interioris est efficacior, & potior; nam est malum repugnans appetitui immediate, & secundum se; causa autem doloris exterioris est malum repugnans mediante corpore, cui immediate nocet.

Plures sunt species tristitiæ, scilicet invidia, quæ est tristitia de bono alieno, ut nocivo, & malo ipsi, qui tristatur; sub qua continetur zelus, qui est tristitia de carentia

rentia in se alicuius boni, quod aliis habet: & nemesis, quæ est tristitia de prosperitate iniquorum, seu indigne agentium.

Secunda, anxietas, quæ est tristitia de malo coniuncto ita aggravanti animum, ut non relinquat aliquod effugium, & dicitur etiam angustia. Sunt & aliæ species tristitiæ, quæ variantur secundum variationem obiectorum tristantiũ.

Causæ doloris, & tristitiæ sunt plures: Prima, malũ cõiunctũ apprehensum, ut nocivũ. Secũda, retardatio boni cõcupiti, & desiderati, Proverbiorum 13. *Spes, quæ differtur, affligit animam.* Tertia, appetitus unitatis, quatenus vnaquæque res habet in se unita illa, ex quibus cõstat: hinc, ex divisione, & abscissione partium causatur dolor: vnde Augustinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 23. dicit: *quid enim est aliud dolor, nisi quidam sensus divisionis, vel corruptionis impatiens.*

Quarta, est potestas maior, & fortior, cui resisti non potest, causans coniunctionem mali, atque adeo dolorem.

Hh 3

Do-



Doloris effectus sunt : primus ablatio facultatis addiscendi, quia dolor sensibilis maxime trahit ad se intentionem, & attentionem animæ intendentis repellere contrarium: ergo dolor non compatitur secum aliquid aliud, quod magnam attentionem requirat, consequenter, si dolor sit intēsus, aufert facultatem addiscendi aliquid de novo.

Secundus effectus est aggravatio animi, accipiendo aggravationem metaphoricè: homo enim aggravari dicitur ex eo, quod aliquo pondere impeditur à proprio motu; & tristitia aliquandò ex malo præsentis impedit animū, ne fugiat malum, & fruatur eo, quod vult: & huiusmodi aggravatio in hoc consistit, quod supercrescat vis mali intantum, ut spes evasioneis excludat.

Tertius debilitatio operationis, quia, cum voluntas sit causa operationis humanæ, per tristitiam comprimitur, sicut per delectationem dilatatur; compressio autem inducit teporem.

Quar-

Quartus, infert corpori nocumentum, quia, cum tristitia oriatur ex malo præfenti, aggravat, & cōstringit cor, in cuius motu consistit vita animalis, consequenter est maxime nociva corpori, vt pote impeditiva motus corporalis cordis, & intantum crescere potest, vt omnino illū destruat, & consequenter vitam auferat. Vnde proverbiorum 17, *Spiritus tristis exsiccat ossa.*

Remedia tristitię sunt plura: Primum delectatio, quia, cum delectatio sit quies appetitus in bono convenienti, est remedium contra fatigationem, quam causat tristitia.

Secundum est fletus, qui per fletum, & lachrymas anima ad exteriora diffunditur, divertendo intentionem, quam habet ad interiora, & sic dolor interior minuitur, & mitigatur tristitia per quamdā quasi exonerationem cordis. Tum quia operatio conveniens homini secundū dispositionem, in qua invenitur, est sibi delectabilis: fletus autem, & gemitus sunt

operationes convenientes homini tristi, & dolenti, atque adeò sunt ei delectabiles; omnis autem delectatio mitigat tristitiam, vel dolorem. Vnde Augustinus *lib. 4. Confess. cap. 4.* ait, quod, quando dolebat de morte amici, in solis gemitibus, & lachrymis erat ei aliquantula requies.

Tertium, est compassio amicorù: Ethycorum *lib. 9. cap. 11.* in tristitijs amicus condolens consolatur: Primo, quia tristitia aggravat animum per modum cuiusdã oneris, & tale onus allevatur per consortium alterius adiuuantis ad portandum onus. Secundo; quia cum amicus contristatur amico tristi, percipit se ab amico amari, quod est maxime delectabile.

Quartum, contemplatio veritatis, quia in contemplatione veritatis est maxima delectatio, & maxime in contèplatione Divinorum, & futuræ beatitudinis, quæ tantum mitigare solet tristitiam, & dolorem, vt pœna non sentiatur, sicut accidit Divo Tiburtio Martyri, qui nudis

planis

plantis super ardentem prunam incedens dixit, videtur mihi, quod super flores roseos incedam in nomine Iesu Christi.

Ultimum, somnus, & valnea, quia tristitia repugnat vitali motioni cordis, qua movetur corpus animale; sed per somnum, & valnea reformatur corpus, & reducitur ad debitum statum vitalis motionis, consequenter mitigant tristitiã. Vnde Augustinus, *lib. 9. confessionum cap. 42.* ait; *audieram valneæ nomen inde dictum, quod anxietatem pellet ex animo. Et infra ait; dormivi, & evigilavi, & non parva ex parte mitigatum inveni dolorem meum.*

*DE PASSIONIBVS IRASCIBILIS.*

*DE SPE.*

**S**pes est quidam affectus, quo tendimus in bonum absens possibile arduum: per particulam bonum differt spes à timore, & alijs

alijs passionibus respicientibus malum; per *absens* à gaudio, seu delectatione, quæ respicit bonum præsens: per *possibile* differt à desperatione, quæ respicit bonum arduum, quasi impossibile adipisci: per *arduum* differt à desiderio, quod respicit bonum futurum absque arduitate,

Spes pertinet ad facultatem appetitivam, supponit tamen apprehensionem, qua bonum speratum iudicatur assequibile. Ex qua apprehensione, & iudicio boni assequendi movetur appetitus ad ipsū assequendum, irrumpendo contra difficultates, quæ in ipsa assecutione se offerunt vincendæ.

Invenitur spes in brutis ani malibus: nā videmus ea moveri ad aliquid consequendum, ad quod non moverentur, si non haberent spem consequendi, ut patet in motu, seu cursu canis insequentis leporem; si enim lepus sit nimis distans, non movetur ad illum; si autem sit propinquior, movetur canis contra ipsum; & idem constat in accipitre respectu avis, quam appetit

ergo...

ergo signum est dari spem in dictis animalibus, quando sentiunt possibilem cōsecutionem prædæ, & deficere eis, quādo non apprehendunt possibilem.

Plures sunt causæ spei: Prima, experiētia, nam per experientiam acquirit homo facultatem, & facilitatem operandi, & inveniendi media ad consequendum, quod desiderat, ex quo erigitur animus, & sequitur motus, & effectus spei.

Item: experientia facit existimationē, & persuasionem facilioris possibilitatis consequendi, eo quod pluries se consecutum fuisse id, quod videbatur difficile, aliquis experimento didicit: igitur experiētia auget spem.

Secunda, iuventus, & ebrietas. De Iuventute sic ostenditur: nam in iuuenibus multum restat de futuro, & parum habent de præterito, spes autem versatur circa bonum futurum: ergo iuventus multum iuvat ad sperandum, & iuvenes maxime vivunt in spe. Item, in iuventute est magis de calore naturæ, & de spiritibus ani-

malibus, qui nutriuntur calore, & ideo in iuuenibus cor dilatatur, & ad ardua tendit, animososque reddit iuvenes ad vincendas difficultates.

Item, iuvenes non sunt assueti pati repulsam, neque experti impedimenta in suis conatibus; vnde omnia reputant possibile, & facilis consecutionis, quamvis ardua in se: ergo ex triplici conditione obiecti, scilicet futuritione, arduitate, & possibilitate iuvenes sunt magnæ spei in motu appetitus.

De ebrietate etiã probatur: quia ebriosi efficiuntur maxime calidi à vino, ex quo valde multiplicatur spiritus, & propterea cor eorum ampliatur, & animosi fiunt sicut iuvenes. Item, sunt nimis inconsiderati periculorum & difficultatũ: igitur maxime eriguntur ad bonum arduum spei. Idẽ potest dici de hominibus stultis, & deliberatione non vtentibus, quia omnia tentant, & sperant etiam ardua, & difficilia: tales intrepide solent sollicitare fœminas etiam nobiles, & honestas;

neffas, & fere omnia, que in mentē veniūt.

Effectus spei est amor amicitie eius, à quo speratur bonum arduum: etenim respectu boni sperati spes non causat amorem, sed causatur ab amore, quia spes est de bono desiderato, & amato, atque adeo ipsam præcedit amor boni sperati; respectu vero eius, à quo speratur bonum, spes causat amorem, quoniam ex eo, quod speramus posse nobis provenire bonum ab aliquo, movemur in ipsum, sicut in benefactorem, & sic ipsum amamus: ergo hic amor est effectus spei. Alius effectus spei est promptitudo operandi, quia spes versatur circa bonum arduum possibile: arduitas autem boni intenti excitat attentionē operandi in consecutionē illius: possibilitas vero non retardat, sed ipsius acuit conatum.

Desperatio est quidam recessus à bono arduo iudicato impossibili: iuxta illud Philosophi 3. Ethycorum cap. 3. cum ventum fuerit ad aliquid impossibile,



*sibile, tunc homines discedunt: unde spes, & desperatio ponuntur, sicut accessus ad aliquem terminum, & recessus ab eodem: & sic, quod de spe dictum est, de desperatione opposito modo dicendum.*

### DE TIMORE.

**T**imor est fuga appetitus à malo futuro *arduo*: fuga à malo ponitur tamquam genus, in quo conveniunt aliæ passiones respicientes malum. *Futurum* ponitur, ut discernatur ab odio, nam odium est fuga à malo, ut secundum se est odibile, & repugnans appetitui: *arduum* ponitur ad differentiam illius passionis innominatæ, que appellata est nomine generali. *fuga* opposita desiderio: hæc enim fuga est à malo absenti, seu futuro.

Timor est specialis passio distincta ab alijs, quia habet speciale obiectum specificativum, scilicet malum futurum arduum. Ad essentiam timoris requiritur apprehensio timentis; itaque, si non apprehendatur

ma.

malum futurum arduum nocivum, & repugnans ipsi appetitui, nõ confurgit passio timoris.

Species timoris sunt sex: se gnities, erubescencia, verecundia, admiratio, stupor, & agonia, ex Damasceno *lib. 2. orthodoxæ fidei, cap. 15.* quod sic explicatur: nam timor est de malo futuro, quod excedit potestatem timentis, ita ut ei resisti non possit: tale autem malum potest considerari, vel in operatione timentis, vel in exterioribus rebus: in operatione timentis duplex malum potest timeri, alterum est labor gravans naturam, & respectu huius datur se gnities, nimirum cum aliquis refugit operari propter excedentem laborem: alterum malum operationis est turpitudine ladens opinionem, seu estimatione: & si turpitudine hæc timeatur in operatione exercenda, est erubescencia; si autem sit de turpi iam facto, est verecundia.

Malum vero, quod in exterioribus rebus consistit, tripliciter potest excedere hominis potestatem ad resistendum: Primo,

ratione sue magnitudinis, vt cum aliquis considerat aliquod magnum malum, cuius exitum, & causam ignorat: & hic timor est admiratio. Secundo, excedere potest hominis facultatem propter dissuetudinem, vt cum aliquid magnum malum inconsumetum nostrae considerationi offertur: & hic timor dicitur stupor. Tertio modo, ratione improvisionis, quia subitum, & improvisum est, quasi occludens omnes vias, & sapientiam devorans: & huiusmodi timor est agonia. Vnde stupor, & agonia valde impediunt considerationem.

In Christo autem fuit agonia sine impedimento considerationis, immo ex summa sapientia vidit, & penetravit, esse clauas omnes vias evadendi mortem, & tormenta, atque adeo inferior pars suae humanitatis in hac perfectissima consideratione, & occlusionem maxime fuit afflicta à tam terribili malo inevitabili.

Diximus, obiectum formale timoris esse malum absens futurum arduum, cui resisti

non

non potest. Modò quærimus, in quibus hæc ratio mali reperiatur; & dicimus, quod potestas inflictiva mali continetur sub obiecto timoris: vnde hac ratione homo timet Deum, in quantum potest infligere malum pœnæ: & similiter timetur potestas alicuius creature, quando potest nocuum inferre, quia potestas inflictiva mali apprehenditur, vt nociva, & vt malum saltem causaliter, quamvis in se sit bonum, vt est Deus.

Secundo, malum nature etiã est obiectum timoris, quia vere est nociuum, & repugnans appetitui, vt patet de malo mortis, quod est malum nature; est tamen ad hoc seruanda duplex conditio altera, quod malum nature apprehendatur, vt propinquum, seu imminens, ob cuius defectum, quæ valde longe distant, non timentur: omnes enim sciunt se morituros, sed, quia non apprehendunt mortem propinquam, non timent, nec de illa curant. Altera conditio est, quod malum relinquat aliquam spem evasionis,

ob

li

nis,

nis, ob cuius defectum illi, qui iam ferè sunt in supplicio, vt decapitentur, non timēt, videntes supra se iam mortē infallibiliter, & inevitabiliter imminere, sed potius tristantur, quasi de malo præfenti.

Malum culpæ secundum aliquam rationem cadit sub timore; secus secundum aliam: quatenus malum culpæ est voluntarium liberum non est obiectum timoris, quia obiectum timoris est malum arduum, cui resisti non potest; peccato autē, vt voluntario, resisti potest. Vt autē voluntas potest ab aliquo exteriori inclinari ad peccandum, poterit esse timor de malo culpæ, & sic timetur cohabitatio, in societate iniquorum, ne ab eis seducamur: ceterum proprie loquendo tunc magis timetur seductio, quam culpa, cum propria ratio culpæ sit voluntarius defectus.

Si autem obiicias, quod de peccato habetur verecundia, quæ est species timoris: responderetur, quod verecundia non est de ipso actu peccati voluntario, sed

de turpitudine, vel ignominia subsequente, quæ non est voluntaria, sed à causa extrinseca. Ex quibus colliges, quod nihil volutarium, vt sic, cadit sub timore, quia est in nostra potestate, & arbitrio eius remedium, seu resistentia.

Repentina, & insolita magis timentur, cæteris paribus, quia sunt magis terribilia, & ardua: Tum, quia minus præmeditata apparent maiora. Tum, quia impediunt præparationem remedij ad repellenda eiusmodi mala.

Duplex est causa timoris: vna dispositiva, altera efficiens: dispositiva est infirmitas hominis, quia defectu virtutis, & roboris contingit, quod non possit homo facile repellere malum imminens: ergo defectus, seu infirmitas virium est causa dispositiva timoris. Causa efficiens timoris est virtus, & robur ex parte obiecti, quod timetur: nam quanto aliqua causa inferens malum est virtuosior, & robustior, tãtò difficilius repellitur malum ab illa illatum: ergo vis, & robur ex parte inferentis

rentis malum, est causa efficiens timoris.

Adverte, quod potestas, seu robur ex parte obiecti non debet esse ita efficax; vel defectus ex parte timentis tantus, ut excludant omnino spem evadendi à malo interendo, ut contingit illis, qui iam iam decapitantur, nam sic nō causatur timor, sed tristitia.

Primus effectus timoris est contractio caloris, & spirituum animalis ad interiora: Damascenus *lib. 3. de fide cap. 23.* Ratio est quia timor provenit ex apprehensione mali imminentis ardui, quod difficilè repelli potest: Hoc autem provenit ex debilitate, seu defectu virtutis; cumque virtus quanto debilior, & infirmior, tanto minus se potest extendere, & dilatare, consequenter timor habet pro effectu contrahere calorem, & motum spirituum. Sic in morientibus videmus, quod natura animalis retrahitur ad interiora propter debilitatem virtutis; & etiam in politicis videmus, quod, quando cives timēt, retrahunt se ab exterioribus, & quantum

pos-

possunt, fugiunt ad interiora: & experientia cōstat, timētes pallore affici in facie, propter recursum sanguinis, & caloris ad interiora. Nō ex hoc timentes redduntur fortiores propter accessionē caloris ad interiora, sicut irati, qui propter hoc fortiores, & audaciores redduntur, quia in iratis fit motus, & retractio spirituum subtilium ab inferioribus viribus ad superiores ex appetitu vindictæ, cuius proprium est retrahere spiritus vivaciores, & subtiliores, & calorem ad cor, ex quo magnificatur ipsum cor ad aggrediendū; in timentibus autē nō ita fit, sed propter frigiditatem huius passionis ingrossatur spiritus, & non retrahuntur ad cor, sed potius descendunt ad inferiora, scilicet ad nutritivam, & vicinia ventris, & deserunt cor propter frigiditatem, quæ quidem contingit ex imaginatione defectus virtutis: vnde, qui militant, si irascantur, audaciores fiunt ad aggrediendū; si autem timore occupentur, deficiunt, & fugiunt.

Hinc

Hinc



Hinc sequitur, quod timor causat taciturnitatem, & impedimentum emittendi vocem, quia vocis formatio fit emissione spirituum per superiora ad os, cui contrariatur timor, qui retrahit calorem, & spiritus à corde, ad inferiora. Eadem ratione timor causat tremorem, quia, deficiente calore, & vivacitate spirituum in corde, debilitatur virtus membrorum, & causatur tremor, succedente frigore ad defectum caloris: & præsertim tremunt cor, & membra, quæ habent aliquam connexionem ad pectus, ubi raidet cor. Vnde maxime tremunt vixtinentium propter vicinitatem vocalis arteriæ ad cor: tremunt etiam labium inferius, & inferior mandibula, & sequitur striditibus dentium: brachiaque; & manus tremunt propter eandem rationem, scilicet propter connexionem ad pectus, ubi est cor, à cuius defectu provenit tremor istarum partium.

Sed dices: erubescencia, & verecundia sunt species timoris, & tamen non con-

trahunt calorem ad interiora, immo potius diffundunt calorem ad exteriora, ut testatur rubor faciei. Respondetur, quod duplex est timor, alius naturalis, quo animal timet malum destructivum naturæ, ut mortem, & ægritudines; & in hoc timore non solum fit contractio ex parte appetitus, sed etiam ex parte corporis, atque adeo, quando mors imminet, timētes mortem palleſcunt. Alius est timor solius appetitus, quo timetur malū apprehensum ab anima, oppositum soli appetitui animalis. Huius timoris species sunt verecundia, & erubescencia, quibus timet malum lesivum opinionis, & famæ: hoc autem timore fit quædam contractio secundum appetitum animalis dumtaxat, & tunc anima, quasi in se contracta, & afflicta propter hunc timorem, potius excitat commotionem spirituum, & caloris, & fit eorum diffusio ad faciem, quasi aliquo modo operiendo erubescentem, & abscondendo faciem eius.

Ex parte intellectus timor etiam habet

li 4

bet

bet aliquem effectum, nam timor consiliativos facit. 3. Ethycorú. cap. 3. quia de his, quæ sunt ardua, consiliamur; malum autem, quâdo est obiectum timoris, est arduum: quia ea, quæ timemus, apprehenduntur, vt prope imminetia, circa quæ maxime quæritur consilium.

Si timor sit moderatus iuvat operationem, cum causet sollicitudinem, & faciat hominem attentius consiliari, & operari. Vnde Apostolus ad Philippenses 2. ait: *cum timore, & tremore vestram salutem operamini.*

Si vero timor tantum crescat, quod rationem perturbet, impedit operationem ex parte animæ, propter turbationem, & defectum rationis. Hinc colliges rationem, cur, quando quis incedit super trabem in alto positam frequentius, & facilius cadit; non autem, si incedat super eâdem iuxta pavementum positam: quia in primo casu excessiuus timor periculi cadendi ex alto turbat imaginationem, vires debilitantur, & crura tremunt, &

deficiunt : non sic in secundo casu.

## DE AVDACIA.

**A**Vdacia est irascibilis passio, qua ag-  
greditur periculum, seu malum im-  
minens, ut superans, aut sustinens ipsum:  
differt à timore, quia timor respicit malū,  
recedendo ab illo, seu illi succumbendo,  
audacia vero, accedendo, seu aggredien-  
do ad superandum illud : differt ab spe,  
quia spes respicit bonum consequendum,  
audacia malum superandum, & vincen-  
dum.

Audacia ab spe dependet, & iuvat ut  
iuxta Philosophum 3. *Ethycorum cap. 8.*  
asserētē, quod illi, qui sunt bonę spei, sūt  
audaces. Ratio est : quia appetitus num-  
quam aggreditur malum, nisi ratione ali-  
cuius boni adiuncti, quod sperat : auda-  
cia intendit victoriam supra malum im-  
minens, & ex hoc, quod sperat vincere,  
ac superare terribile malum imminens,  
audacter aggreditur ipsum.

Plu-

Plures sunt audaciæ causæ, scilicet omnes illæ, quæ excludunt timorem: cum enim audacia sit contraria timori, quid quod excludit timorem, iuvat, & causat audaciam.

Ex his facile colliges ea, quæ iuvant audaciam, scilicet fortitudo corporis, experientia in periculis, multitudo divitiarum, & amicorum, & quorumcumque auxiliantium, & præcipue auxilium divinum, carere inimicis, & periculis.

Iuvatur etiam audacia ex trãsmutatione caloris circa cor: unde, qui cor parvum habent, audaciores fiunt illis, qui magnam habent cor, quia cor parvum facilius calefit. Habentes etiam magnam pulmonem, sunt audaciores, quia communicatur magis de colore cordi ex magno pulmone sanguineo.

Audaciæ effectus est facere promptiores in principio aggressionis, quia illi in principio aggressionis sunt propti, qui in principio non apprehendunt magnam difficultatem in periculis: sic est in audaci-

bus,

bus, quia audacia sequitur apprehensionem partis sensitivæ, quæ non est collativa, nec inquisitiva, ac ponderativa periculorum.

In ipsis autem periculis propter eandem rationem facit deficere, quia, qui in principio æstimat modicam difficultatē, in ipso periculo experitur maiorem. Unde Philosophus, lib. 3. *Et bycorum cap. 7.* dixit: *audaces prævolantes sunt, & volantes ante pericula; in ipsis autem discedunt.* Unde audacia, quæ in principio aggressionis facit promptiores, in ipsis periculis facit desertores.

Oppositum contingit in fortibus, qui virtute fortitudinis pericula aggrediuntur; in principio tardiores, & remissi videntur, in ipsis autem periculis magis persistunt, quia fortes ducuntur ratione, quæ discursiva, & ponderativa est omnium, quæ afferant difficultatem in negotio aggrediendo.

Tremor etiam est effectus audaciæ, nõ tamen eadem ratione, qua est effectus timoris,

moris, quia audacia revocat calorem ab exterioribus ad cor; & ideo, succedente frigore, accidit tremor in partibus exterioribus; timor autem contrahit calorem non ad cor, sed ad inferiora, scilicet ad partem nutritivam: & ideo magis causatur tremor ex timore, quam ex audacia, quia in timidis causatur ex absentia caloris, & ex debilitate cordis; in audacibus autem ex sola absentia caloris, non ex debilitate cordis.

### D E I R A.

**T**AM de peccato iræ satis dictum est. **N**unc de ira, ut passione, breviter loquendum. Ira ex Damasceno *lib. 2. de fide cap. 16.* est appetitus vindictæ à dolore excitatus. Ex qua definitione patet, iram esse in appetitu irascibili, quia vindicta ex se est ardua. Secundo, quod sit passio distincta ab alijs, quia nulla alia passio respicit vindictam nocenti illati; debet autem esse vindicta possibilis,

bilis , quia ira caulatur ex desiderio,  
& spe vlciscendi.

Dicitur, à *dolore excitatus* , quia sup-  
ponit iniuriam illatam ab alio. Ex qui-  
bus deducitur differentia inter odium, &  
iram ; nam odium est appetitus mali ini-  
mico, quatenus malum est ; ira autem est  
appetitus mali ei, contra quem irascitur,  
non in quantum malum, sed in quantum  
vindieta iusta correspondens iniuriæ  
illatæ.

Tres sunt species iræ: fel, mania, & fu-  
ror: nam tripliciter contingit ira: Primo,  
secundum augmentum ex parte iras-  
centis, secundum quod est dispositus,  
vt facile irascatur , & accendatur, &  
hæc vocatur fel , quia est acutior.  
Secundo , ex parte tristitiæ causantis  
iram, dum tristitia diù manet, & hæc  
appellatur mania à *manendo* , & est  
quædam ira amara , quia facit iratos  
veluti amaros corde. Tertio, ex par-  
te vindiætæ , quam iratus appetit,  
& hæc appellatur furor , quia num-  
quam



quam quelcit, donec puniat nocentem.

Has tres species assignat Philosophus *lib. 4. Et bycor. cap. 5.* dividens irascen-  
tes in acutos, qui cito irascuntur; amaros,  
qui diu retinent iram; & difficiles, qui  
numquam quiescunt, donec vlciscantur.

Potest ira dividi secundum diversos  
effectus: & sic D. Gregorius *lib. 21. Mo-  
ralium cap. 5.* ubi dividit iram in tres gra-  
dus: Alia est ira sine voce; alia cum voce  
non dum pleno verbo formata: alia cum  
verbo expresso.

Hanc divisionem deducit *ex Matthæi  
5.* ubi Dominus hos tres gradus irę posuit  
dicens: *qui irascitur fratri suo*, ubi tangitur  
ira sine voce, cum solū dicatur, *irascitur*.  
Et statim, *qui dixerit fratri suo, racha*, ubi  
significatur ira cum voce, non tamen ex-  
presso, & perfecto verbo formata. Et pos-  
tea dicit, *qui autem dixerit fratri suo, fatue*,  
ubi iam significatur ira cum voce per-  
fecto sermone expresso.

Omnis causa irę reducitur specialius  
ad parvipensionem, seu contemptum

quia

quia ira contendit nocumentum alterius sub ratione iusti vindicativi; nocumentum autem iniustū debet esse. Quod quidem nocumentum tripliciter interri potest alicui, ex ignorantia, ex passione, & ex malitia. Maxime irascimur contra eos, qui ex malitia nobis nocumentum inferunt; si tamen putemus ex ignorantia, seu passione fuisse illatum, vel non irascimur, vel valde mitigatur ira, quia minor existimatur despectio, & parvipensio: quia parvipensio opponitur excellentiæ hominis, & tale oppositum est motium iræ.

Defectus, & infirmitas irascentis est causa, ut facile irascatur, quia defectus causat tristitiam; homines enim defectibus subiacentes facilius læduntur, & contristantur; tristitia autē provocat iram. Ex dictis facile colliguntur remedia iræ inordinatæ: nam, cognitis causis alicuius infirmitatis, facile cognoscuntur remedia per contrarias causas, quia contraria contrarijs eurantur, ut responsio molli-

lis

lis frangit iram, Proverb. 15: apprehensio moderatæ excellentiæ in irascente, & maioris æstimationis alterius, in quem irascitur.

Effectus iræ est fervor corporalis, quia motus iræ causatur ex aliqua iniuria illata, circa quam repellendam appetitus maxime fervet motu iræ; hic autem fervor maxime viget in membris corporis exterioribus. Vnde Gregorius lib. 5. *Moralium cap. 31.* ait: *cor accensum stimulis sua ira palpitat, corpus tremat, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, ore clamorem format, sed sensus, quid loquatur, ignorat.*

Alius effectus iræ est impedire vsum rationis, iuxta Divum Gregorium loco cit. ubi ait: quod ira intelligentiæ lucem subtrahit, cum mentem permovendo confundit; & Psalmista *Psalmo 30.* *conturbatus est in ira oculus meus, id est oculus mentis.*

Alius effectus iræ est manifestatio, iuxta Philosophum lib. 7. *Ethycorum cap. 6.* dicentem: *iracundus non est insidiator, sed manifestus, quia proprium est iræ ampliare*

re

re cor, & operari viriliter, quia quærere vindictam est actio virilitatis, & excellentiæ, orta ex ampliacione cordis: in his autem, quæ sunt ampliacionis, & virilitatis curat homo manifest<sup>9</sup> fieri: & propterea Philosophus *lib. 4. Ethycorum cap. 3.* de magnanimo ait, quod est manifestus oditor, & amator, & manifeste loquitur, & operatur.

DE BEATITVDINIBVS.

SI beatitudines octo à virtutibus moralibus distinguantur, variant Doctores. Quidam tenent esse distinctas ex diverso modo perficiendi hominem, quia virtutes perficiunt hominem modo humano, beatitudines modo quasi divino: ita Henricus quodlibeto 4. quæst. 33. quod exemplificat tali modo: quando circumstantijs debitis quis sustinet terribilia, ea sustinendo cum tristitia, perficitur homo virtute morali fortitudinis; quando autem non solum sustinet, neque etiam timet, sed etiam cum gaudio,

KK

appe;

appetit sustinere, perficitur per beatitudinem: Vnde Augustinus super illud 1. ad Corinthios 1. *cum sint in vobis sebis mata, nonne homines estis?* Vbi Augustinus voluit, quod essent Dij, sicut dicitur in Psalmo: *Ego dixi Dij estis.* Divus Bonaventura distinguit beatitudines à virtutibus, quia virtutes agunt recte, beatitudines expedite. Divus Thomas, & Richardus tenet, quod virtutes distinguuntur à beatitudinibus, quia virtutes disponunt voluntatem, vt voluntas est mobilis à recta ratione; non sic beatitudines, & dona.

Scotus cū suis non distinguit beatitudines à virtutibus, sed tenet esse easdē, nominarique virtutes, prout respiciunt actū virtuosum; beatitudines verò, prout disponunt ad vltimum finem, scilicet beatitudinem: quod sic probat: duas species temperantiæ enumerat Salvator inter beatitudines, scilicet humilitatem, quæ moderatur cōcupiscibile circa primū delectabile, scilicet honorē: & hanc ex primit ibi, *beati pauperes spiritu*; vbi secundū

Au.

Augustinū, per pauperes spiritus intelligitur recti, ac timentes Deum, non habentes inflatum spiritum. Aliam speciem temperantiæ modestantem voluptates in cōmuni exprimit ibi, *beati mundiorde*; munditia enim cordis est immunitas voluntatis ab omni inordinata affectione, vel delectatione, tam ratione sui, quam ratione appetituum sensitivorum, cum quibus coniungitur: Fortitudinem exprimit in sua specie perfectissima ibi, *beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*; scilicet patientia, quæ est nobile genus vincendi repellendo.

Iustitiæ exprimit tres species: Primam, est amicitia, qua quis se ipsum communicat, quantum se communicare potest: & hanc exprimit ibi, *beati mites*; quæ enim amicitia plus fit, quam benevolentia, iuxta Philosophum 8. Ethycorum, quia amicitia est, non latens in contrâ passis; & benevolentia plus fit, quam mititas, quia mites sunt, qui non offendunt, nec resistunt in malo; tamē hoc minimum,

zito

KK 2

quod

quod est quasi infimum in amicitia, exprimit illam, qua quis se communicat proximo.

Aliam speciem, quæ dividitur in dominationem iustam, & obedientiam, exprimit ibi, *beati pacifici*. Pax quippe servatur in hoc, quod præfident recte regant, & subditi recte obediant.

Tertiam speciem iustitiæ, quæ est quantum ad exteriora communicandæ, exprimit ibi, *beati misericordis*: nullo enim alio modo potest aliquis esse perfecte dispositus circa exteriora communicanda proximo, quam per misericordiam; misericors enim communicat, non ut re habeat, nec ut prius beneficiatus ab eo, communitateat; liberalis quidem, & si communitateat amico, non tamè ita perfecte; & ita liberalitas est inferior species iustitiæ, quam misericordia. Sic igitur habemus tres virtutes morales expressas in se, vel in suis speciibus: duas autem theologicas exprimit ibi, *beati, qui esurians, & sitiunt iustitiam*, quia charitas vix pro-

bosp.

s. 112.

pri3

prissime est habitus, quo esurimus iustitiam, & diligimus Deum in se, quod est vera iustitia. Spem exprimit ibi, *beati, qui lugent*: luctus enim est habitus desiderandi illum.

Sic itaque in octo beatitudinibus duæ exprimentur virtutes Theologicæ appetitive infusæ, scilicet spes, & charitas: & tres virtutes morales: fortitudo in sex temperantia induabus speciebus; & iustitia in tribus speciebus: duæ autem virtutes intellectuales, vna acquisita, vt prudentia, & alia infusa, vt fides, quæ non exprimentur in se, nec in suis speciebus, satis dantur intelligi per appetitivas, quia non est voluntas optime disposita sine virtute correspondente in intellectu.

Div<sup>9</sup> Thomas tenet, quod beatitudines non sunt habitus, sicut dona, & virtutes, sed sunt actus virtutum, & donorum præcipue: quia beatitudines huius vitæ sunt quidam motus vitæ spiritalis, quib' appropinquamus ad ultimū

pascha 17

KK 3

finē;



finem; motus autem anime non sunt habitus, sed actus; & quia beatitudines designant aliquid perfectissimum in suo genere, & actus donorum perfectiores sunt, quam actus virtutum moralium, & intellectualium, præcipue beatitudines sunt actus donorum.

Quomodo autem actus tales, qui beatitudines dicuntur, adscribantur singulis donis Spiritus Sancti, explicat Angelicus Doctor sic: paupertas, & luctus pertinent ad donum timoris, quo homo retrahit se à cupiditatibus, & delectationibus mundi. Mititas ad fortitudinem; nam secundum Divum Ambrosium, fortitudinis est iram vincere, & indignationem cohibere. Esuries, & sitis iustitiæ, atque etiam misericordia pertinet ad donum pietatis, quod perficit hominem in his, quæ sunt ad alterum.

Sexta pertinet ad donum intellectus. Septima ad donum sapientiæ. Munditia cordis, quæ est sexta beatitudo, disponit intellectum ad penetranda divina; pene-

tratio

tratio autem hæc pertinet ad donum intellectus, cuius est penetrare Divina mysteria credibilia, tamquam principia scientiæ doni. Pacificatio disponit intellectû ad contemplationem altissimæ causæ, quæ est Deus: hæc autem contemplatio pertinet ad donum Sapientiæ, Ultima ad donum fortitudinis.

Singulis beatitudinibus assignantur à Divo Matthæo sua præmia: Primæ pro præmio assignatur Regnum Cœlorum: Secundæ possessio terræ viventium, quæ est Regnum Cœleste: Tertiæ consolatio: Quartæ saturitas: Quintæ misericordia Dei: Sextæ divina visio: Septimæ divina filiatio: Octavæ assignatur pro præmio Regnû Cœlorum; diversimode tamẽ, ac primæ, quia secundû Ambrosium, primæ promittitur Regnum Cœlorum, quantum ad gloriam animæ: Octavæ, quantum ad gloriam corporis. Talia præmia ad hanc vitam pertinent, vt inchoata; ad futuram vero pertinent præmia, tamquam perfecta, & consummata in beatitudine patriæ.

KK. 4

Ostenz

Ostenditur, singula hæc præmia recte congruere, & aptari singulis beatitudinibus, quibus promittuntur, hac ratione.

Homines quærunt beatitudinem, & præmium in rebus corporalibus, & caducis, à quibus intendit Dominus retrahere illos, proponendo eis verum præmiũ contrarium: unde, quia quidam homines in rebus exterioribus, scilicet divitijs, & honoribus excellentiam, & abundantiam quærunt, quod est præmium falsum, proponitur eis beatitudo paupertatis, & pro præmio vera excellentia, & abundantia bonorum in Deo, quod significat Regnum Cælorum pauperibus promissum.

Alij auté per litigia, & bella quærunt, tanquam præmium, securitatem sibi acquirere, inimicos suos de medio tollendo, atque destruendo: quibus Dominus proponit mititatem, repromittendo securã, & quietam possessionem terræ viventiu, idest soliditatem æternorum bonorum loco falsæ securitatis ab ipsis acquisitæ per bella, & litigia,

Alij

Alij in concupiscentijs, & delectationibus mundi quærunt habere consolationem contra præsentis vitæ labores: quibus Dominus luctum proponit, & re promittit pro præmio consolationem.

Alij retrahuntur ab operibus iustitiæ, non reddentes debitum, sed potius aliena rapientes, vt bonis temporalibus repleantur: quibus Dominus proponit esuriam, & sitim iustitiæ, & re promittit pro præmio saturitatem veram æternorum bonorum loco falsæ securitatis, & repletionis, quam quærebant.

Alij discedunt ab operibus misericordiæ, nè se immisceant miserijs alienis: quibus, si misericordiam proximis exhibeant, re promittitur misericordia Divina, per quam ab omni miseria liberentur. Ex alijs vero duabus, que pertinent ad vitam contemplativam, sexta, que est munditia cordis, congrue habet pro præmio videre Deum: nam munditia oculi, disponit ad clare videndum: septima, que constituit pacem in seipso,

& inter alios, indicat hominem esse Dei imitatore[m], qui est Deus unitatis, & pacis; & ideo pro præmio redditur gloria Divinæ filiationis, quæ consistit in perfecta coniunctione ad Deum per sapientiam consumatam. Octava beatitudo, quæ est confirmatio cæterarum, non habet præmium à cæteris distinctum.

### DE DONIS,

**R**ichardus tenet loco supra citato, virtutes distingui à beatitudinibus, & donis per hoc, quod virtutes perficiunt hominem modo humano, beatitudines modo quasi divino, & dona modo super humano: & de modo superhumano loquendo exemplificat, ut quando terribile sustinetur cum gaudio, ut fuit in quibusdam Martyribus. Divus Bonaventura distinguit virtutes à donis, quia virtutes agunt recte, dona perfecte.

Divus Thomas distinguit virtutes à donis, quia dona disponunt voluntatem,

vt est mobilis ab Spiritu Sancto; virtutes disponunt voluntatem, vt est mobilis à recta ratione.

Scotus cū suis non distinguit virtutes à donis, sed ait, quod in donis enumerantur quatuor virtutes cardinales: Prudentia per donum consilij; prudentia enim est habitus consiliatiuus, quia est habitus recte syllogicandi practice, & tale syllogicare est consiliari. Fortitudo exprimitur suo nomine inter dona. Timor autem est species temperantiæ; idem enim est omnino timor, quod humilitas, licet alio nomine vocetur, sicut patere potest per Augustinum super illud Matthæi 5. *beati pauperes spiritu*: Vnde illud, *initium sapientiæ timor domini*, nil aliud est, nisi humilitas, quæ est principium virtutum. Et cum inter dona ponitur pietas, hæc est, quæ apud Salvatorem vocatur misericordia,

Exprimuntur ergo inter dona quatuor virtutes cardinales; vt prudentia per consilium, fortitudo proprio no-

in pietate. Duæ infusæ exprimentur ibi; charitas per donum sapientiæ: yniversaliter enim, quando in scriptura cõmendatur sapientia, vt *beatus vir, qui in sapientia morabitur*, Ecclesiastici 14. *in malevolam animam non introibit sapientia*, Sapientiæ 1. ibi sapientia est charitas: est enim habitus, quo sapit habenti illud objectũ, quod est in se sapiendum.

Per alia duo dona intellectum, & scientiam exprimitur fides infusa, ita quod illæ duæ non circumloquãtur duos habitus, sed vnum tantum secundum perfectum, & imperfectum; & vnus potest dari sine alio, sed non e converso; potest enim intellectus dici fides imperfecta, quæ est notitia articulorum primorum; & scientia, fides perfecta, quæ est explicita notitia de articulis, sicut in scibilibus naturalibus intellectus dicitur esse principij, scientia conclusionis. Spes autem explicite non enumeratur hic, sed datur intelligi per charitatem; quæ est sapientia; sapientia enim

enim est, qua sapit mihi Deus in se, & qua sapit mihi, vt bonum; nam, qui sapit, & saporem in se approbat, & sibi appetit.

Angelicus Doctor tenet, quod dona Spiritus Sancti sunt habitus distincti à virtutibus etiam infulis: & sic donū Spiritus Sancti diffinit sic: *habitus bonus datus à Deo, quo homo prompte sequitur instructum, & motionem Spiritus Sancti in operationibus supernaturalibus.* Quod dona sint habitus, significatur Isaia 11. vbi Propheta numerans hæc dona ait: *requiescet super eum spiritus sapietia*: quo videtur dona non esse dispositiones, seu accidentia transeuntia per modū actus, sed permanenter requiescere in anima, vt habitus. Et Ioannis 14. Christus Dominus loquens de Spiritu Sancto, quem accepturi erant discipuli, ait: *apud vos manebit, & in vobis erit*; sed Spiritus Sanctus manet in nobis per sua dona: ergo dona Spiritus Sancti sunt habitus permanentes.

○ Ratione probatur: nā dona se habet ad

Spi-



Spiritum Sanctum moventem, & dirigē-  
tem, sicut virtutes appetitus ad rationē  
dirigentem, & ad prudentiam; sed huius-  
modi virtutes morales, quæ ratione, &  
prudentia gubernātur, sunt habitus ope-  
rativi: igitur & dona, quibus Spiritus  
Sanctus specialiter gubernat, dirigit, &  
mouet mentes nostras ad actus superna-  
turales, sunt habitus infusi, quoniam, si-  
cut appetitus indiget virtutibus, quibus  
connaturaliter, & prompte moveatur à  
recta ratione: ita mens nostra, vt conha-  
turaliter, & prompte moveatur, & diri-  
gatur à Spiritu Sancto, cui subest tamē  
quam regulæ superiori, & eminentiori,  
ad operandum opera supernaturalia ex  
altiori motivo.

Quod dona Spiritus Sancti distingua-  
tur à virtutibus etiā infusis, deducitur ta-  
li modo: quia homo natus est moveri du-  
plici principio. aliud est intra ipsum, sci-  
licet ipsa ratio humana, à qua movetur  
appetitus hominis: Aliud est principium  
extra ipsum hominem, scilicet Deus, nō

vt

vt causa prima vniversalis ; sed vt causa specialiter gubernans , & dirigens mētē humanam ; omne autem , quod movetur ab aliquo , debet disponi , & perfici , vt prompte obediat motori , & quantò nobilior , & præstator est motor , tantò perfectior debet esse dispositio in ipso mobili , qua prompte moveatur , & obediat .

Sicut igitur potentiæ hominis , vt pròp te obediant rationi , disponuntur per virtutes morales ; ita , vt obediant Deo tamquam regulæ , & causæ proxime specialiter inspiranti , & gubernanti , perficiuntur nobiliori dispositione , scilicet donis Spiritus Sancti .

Septem sunt dona Spiritus Sancti , ex *Isaia cap. 11. requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientia, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientia, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini.* E *Ecclesia de Spiritu Sancto canit: tu septiformis munere; & iterum; da tuis fidelibus in te confidentibus sacrū septennarium.* Ratio huius numeri est, quia  
dona

dona Spiritus Sancti dantur ad perficiendas omnes potentias hominis, vt prompte obediunt Spiritui Sancto; sed potentia hominis indigent ad hoc prædictis septè donis, & nõ amplius: nã potètia intellectiva perficitur per donum intellectus ad cognoscenda supernaturalia, penetrado principia, & quidditates rerum supernaturalium, quasi intus legendo veritates.

Sapientia perficit eandem potentiam intellectivam, cognoscendo veritates supernaturales per altissimam causam, cum quadam vnione speciali cum ipsa altissima causa, quæ est Deus, & speciali sapore inde experimentaliter proveniente: & ideo dicitur sapientia, quasi sapida scientia.

Donum scientiæ perficit potentiam intellectivam ad cognoscendum supernaturalia per causas inferiores

Donum consilij perficit intellectum practicum circa agibilia supernaturalia, cum affectu experimentalij ad Divina, qui affectus communis est omnibus donis

cx

ex coniunctione, ac charitate. Vnde quatuor sunt dona intellectiva, quæ perficiunt facultatem intellectivam, scilicet intellectus, scientia, sapiëntia, & consiliũ.

Appetitiva facultas, vel comparatur ad alterum, vel ad se: in his, quæ sunt ad alterum, perficitur per donum pietatis; in his vero, quæ sunt ad se, perficitur per donum fortitudinis contra inordinatum timorem periculorum; & per donum timoris Domini perficitur contra concupiscentiam inordinatam delectabilium, iuxta illud Proverb. 16. *in timore Domini declinatur à malo*; quod autem sit hoc malum declaratur Psalmò 118. *confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.*

Hæc septem dona Spiritus Sancti sunt necessaria homini ad salutem animæ: & de primo, Sapientiæ 7. *neminem diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat*; & de ultimo, Ecclesiastici 1. *qui sine timore est, non poterit iustificari: cum quibus duobus videtur scriptura omnia*

comprehendere. Ratio est: quia ad salutē æternam non sufficiunt virtutes, quæ disponunt solum secundum iudicium, & imperium rationis, virtutes autem Theologicæ non disponunt perfecte, nam imperfecte cognoscimus Deum per fidem, & consequenter imperfecte diligimus eum in hac vita per charitatē, & movemur in ipsum per spem: ergo, vt homo perfecti<sup>9</sup>, quantum admodum, moveatur à Deo, requiruntur dona Spiritus Sancti ad consequendum vltimum finem supernaturalē, iuxta illud Psalmi 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam*: quia quavis virtutes Theologicæ, quoad substantiam, sint perfectiores donis, in hac vita imperfecte habentur propter maximam earum excellentiam, perfecte, & cōsummate habendæ in statu beatitudinis.

Mūnus, & officium doni intellectus est illuminare, & acuire intellectivā potentiam, vt penetret veritates, & mysteria fidei cum recta æstimatione de fine vltimo, ita vt circa ipsum non erret, sed

ci

ei tamquam optimo firmiter inhæreat. Proprium igitur est doni intellectus profunde cognoscere, atque intime penetrare spiritualia, & divina, eaque discernere à corporalibus, & temporalibus, evolvendo ea, quæ involuta, & confusa sunt in sensu scripturarum: & licet virtus fidei hæc credat, confuse tamen, & sub solo extrinseco testimonio; donū vero intellectū licet clare non videat veritatem fidei, & quidditatē mysterij, iuvat vero maxime fidem: *credo Domine, sed adiuva incredulitatem meam, Marci 9.*

Doni scientiæ munus est circa supernaturalia mysteria credenda ferre iudiciū ex causis creatis, seu inferioribus discernendo credenda à non credendis ex motione Spiritus Sancti cum recta æstimatione finis charitatis; & circa credenda ferre iudicium certum, quod ipsis est inhærendum, & ab oppositis recedendū, deducendo hoc iudicium ex ipsis creaturis, tamquam ex causis notis per experientiam: affectus ad vltimum finem conferē-

Ll 2

do

do inter Deū, & creaturas, & præferēdo  
ipsum Deum. Differt à fide, quæ non pro-  
cedit per discursum ex causis; & à Theo-  
logia viatorū acquisita cū labore ex solis  
principijs creditis per fidē, & reperitur  
in peccatore absque gratia, & charitate.

Sapientiæ munus est iudicare, creden-  
da esse Divina myſteria, & eis inhærendū,  
ex cognitione primæ, & altissimæ causæ  
cum quodam sapore eiusdem experimen-  
taliter degustatæ per charitatem; unde  
in hoc dono ipse idem Deus, qui movet  
tamquam Magister, & Rector, est, qui sa-  
ginat palatum animæ interius ad experi-  
mentaliter sentiendum, & iudicandum  
per altissimam causam.

Donum consilij habet pro munere di-  
rigere agenda per inquisitionem ex ra-  
tionibus Divinis, non præcisse vt revela-  
tis, & cognitis fide, aut prophetia, vt po-  
test in peccatore fieri, sed ex affectu, &  
experientia interna Divinorū, quæ sine  
charitate esse nequit: *Ipse, scilicet Domi-  
nus, dirigit consiliū eius, & disciplinam, & in*

abs.

*absconditis suis consiliabitur, Ecclesias. 39.*  
 Donum pietatis habet pro munere voluntatem hominis per Spiritum Sanctum bene, & prompte movilem reddere, ut filialem habeat a rectam ad Deum, ut Patrem; sicut enim per virtutem pietatis exhibetur officium debitum patri carnali, ita per donum pietatis exhibetur cultus, & officium Deo, ut patri eminentiori, & universali adoptanti nos per suam gratiam, & charitatem.

Munus doni fortitudinis est vincere omnia pericula vitæ, & mortis supra vires naturæ, & virtutis fortitudinis etiam infusæ. Hoc donum respicit potentiam ipsius Dei confortantem, & erigentem vires hominis, ita ut ipse Deus virtus, per charitatem præbeat vires facultati humanæ, & sit quasi propria virtus, & potentia ipsius: hoc dono confortatus David dicebat, *diligam te Domine Deus meus; Dominus firmamentum meum, & refugium meum.*

Officium doni timoris est Deum reve-



reri affectu filiali charitatis, & ipsi subij-  
ci, atque adherere, eoquod ab eo separari maximum malum reputat; & sicut donum præcedens residet in irascibili, hoc donum inest concupiscibili, reprimens delectationes tactus sub hoc motivo, quod huiusmodi delectationes maxime animum retrahunt a Deo.

Septem dona Spiritus Sancti sunt necessario connexa cum charitate, & charitas cum illis. sic communiter Theologi. Ratio est: quia hæc dona Spiritus Sancti non possunt haberi, nisi per inhabitantem Spiritum Sanctum, qui est proxima regula istorum donorum, sicut prudentia est regula virtutum moralium; Spiritus autem Sanctus non inhabitat animas nostras, nisi per charitatem, & gratiam; & e converso charitas non potest esse sine donis Spiritus Sancti, iuxta illud Romanorum 8. *quicquid agit Spiritu Dei aguntur, ipsi sunt Filij Dei;* est, isti Filij Dei per gratiam, & charitatem, moventur ab Spiritu Sancto per septem ipsius dona.

Hæc

Hæc dona sunt etiã inter se necessario connexa: nam sunt ita mutuò connexa cum charitate, vt nõ possint esse sine illa, nec charitas sine illis: ergo ipsa dona sũt inter se necessario cõnexa: nam, quæ vniũtur necessario cum vno tertio, vniuntur, & connectuntur necessario inter se.

Omnia dona Spiritus Sancti remanent in beatitudine cœlestis patriæ: quia dona Spiritus Sancti perficiunt animæ potentias, vt prõpte moveantur ab Spiritu Sãcto: sed in patria homo est perfectissime subiectus Deo, & prompte mobilis ab Spiritu Sancto: ergo in patria sunt perfectissime dona Spiritus Sancti: non tamen quoad aliquas operationes huius vitæ proprias, quæ in patria exerceri non possunt propter defectum materiæ.

Virtutes Theologicæ sũt prestãtiores donis Spiritus Sancti, quia virtutes Theologicæ coniungunt hominem Deo, tamquam vltimo fini; dona autem disponunt hominem, vt subijciatur Deo, tamquam motori, & regulæ; perfectius autem est

Ll 4

Deo

Deo vniri, quam ei, vt moventi subiecti  
nam per vnionem propinquius se habet  
ad Deum, quam per subiectionem.

### DE FRUCTIBVS SPIRITVS SANCTI.

**D**E fructibus varie sentiunt Doc-  
tores. Diuus Thomas dicit esse ac-  
tus. Alexander Alensis dicit esse delecta-  
tiones. D. Bonaventura cum Scoto tenet  
fructus non distingui à virtutibus; nam  
quidam eorum sunt virtutes expressæ in  
illo septennario; alij vero sunt species  
contentæ sub enumeratis in septenario;  
vel delectationes comitantes actus vir-  
tutum.

Charitas exprimitur ibi proprio nomi-  
ne; & similiter fides. Spes autem exprimi-  
tur in *longanimitate*; longanimes enim  
sunt, qui in longum animose expectant.  
Virtutes morales exprimuntur ibi: forti-  
tudo in *patientia*; iustitia in sua specie, quæ  
est misericordia, in hoc, quod dicitur *bo-  
nitas*; bonus enim cõmuniter dicitur, qui  
se

se communicat proximo: Et in alia specie, quæ est amicitia, exprimitur ibi, *benignitas*, quæ est quasi benevolentia, & bona igneitas.

In tertia specie, quæ pertinet ad regimen, vel ad subiectionem ibi, *mansuetudo*; vel specialiter exprimitur ibi obedientia: mansuetus enim est, qui exequitur in iuncta sine murmure.

Temperantia exprimitur in duabus speciebus suis, *continentia*, & *castitate*, si placeat dicere castitatem cõtra venerea, & continentiam contra alia delectabilia. Prudentia exprimitur per *modestiam*: modestus enim est, qui modum debitum tenet in agendo: & prudentiæ est invenire modum in actione, præfigere, & terminare.

Sic igitur habemus tres virtutes morales, fortitudinẽ in *patientia*: iustitiã in *tribus*, *bonitate*, *benignitate*, & *mansuetudine*: temperantiã in *continentia*, & *castitate*: prudentiã in *modestia*: alij fructus enumerantur ibi, sunt delectationes concomitan-  
tes;

tes, vel consequentes actum, vt gaudium, quod proprie est delectatio involuntate; & pax, quæ est securitas habendi obiectum sine repugnantia.

Divus Thomas tenet, quod fructus Spiritus Sancti sunt quædã operationes virtutum, & donorum, quatenus habent ultimam suavitatem, qua homo delectabiliter fruitur spiritualibus, & divinis.

Fructus Spiritus Sancti sunt duodecim enumerati ab Apostolo ad Galatas 5. Caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas,

Sufficiencia, & congruentia huius divisionis colligitur sic: mens, primo in se ipsa recte ordinatur: secundo recte ordinatur ad ea, quæ sunt iuxta ipsam, scilicet ad proximos: tertio, ad ea, quæ sunt supra ipsam, scilicet ad Deum: quarto, ad ea, quæ sunt infra, scilicet ad operationes exteriores, & ad concupiscentias interiores appetitus.

In se ipsa bene, & recte ordinatur mens hu

mana, si bene se habeat in bonis, & malis: in bonis quidem per tres primos fructus, scilicet charitatem, gaudium, & pacem: nam amor charitatis respicit bonum unitum amanti: gaudium necessariò sequitur ad amorem charitatis propter unionem, & præsentiam boni amati: gaudium autè non potest esse perfectum sine pace, qua excluduntur perturbantia fruitionem amati, & sedatur desiderium fluctuans, & omnia desideria conquiescunt in vno bono.

In malis autem bene se habet mens humana per duos sequentes fructus, scilicet per patientiam, quæ sustinet sine perturbatione imminetia mala, & per longanimitatem, quæ suffert sine perturbatione dilationem bonorum.

Ad id autem, quod est iuxta se, scilicet ad proximum, bene ordinatur mens humana per quatuor sequentes fructus, scilicet per bonitatem, quæ est voluntas benefaciendi proximis: per benignitatem, quæ est executio voluntatis benefaciendi proximis,

proximis, quia benignus est, quasi bonus ignis amoris, qui feruere facit bonitatem, seu voluntatem vsque ad executionem benefaciendi proximis: per mansuetudinem, quæ æquanimiter tolerat mala à proximis illata, cohibendo iras: per fidem sumptam pro fidelitate; qua omnis fraus, & dolus amouetur, ne proximum circumueniamus.

Ad id autem, quod est supra se, scilicet ad Deum, bene disponitur mens humana per fidem sumptam pro fide Theologica; per hunc enim fructum ordinatur homo ad Deum, subiiciendo se, & omnia sua ipsi Deo.

Ad id autem, quod est infra se bene ordinatur homo per tres vltimos fructus: per modestiam, quantum ad exteriores actiones: modestia enim in omnibus dictis, & factis modum obseruat; quantum vero ad interiores concupiscentias appetitus sensitivi, per continentiam, & castitatem: continentia frænât appetitum non solum ab illicitis, sed etiam à licitis; castitas vero

vero frænat ab illicitis concupiscentijs appetitus.

DE EXPLICATIONE ARTICVLO-  
rum fidei.

FIDEI articuli ab omnibus explicite credendi sunt duodecim, vt numerantur in symbolo Apostolorum pro numero ipsorum. Divus Petrus tres in vnum complexus est: *credo in vnum Deũ Patrem omnipotentem, Creatorem Cœli, & Terræ.* Ioannes posuit articulum de persona filij: *& in Iesum Christum Filium Dei Vnigenitum.* Iacobus Zebedæi articulos de Cōceptione, & Nativitate in vnum articulũ cōiūxit. Articulũ de passione posuit Andreas. De descēsu ad inferos Philipp⁹. Resurrectionē Thomas. Ascēsiōnē Bartholomæus. Adventum ad iudicium Matthæus. De persona Spiritus Sancti Iacobus Alphæi. Opus gratiæ dixerunt duo Apostoli: Simon posuit effectũ gratiæ, quoad collationē boni, scilicet *Sanc-*

*tam*



*tam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem*: Iudas effectum gratiæ quoad mali remotionē, scilicet *remissionem peccatorum*. Effectum gloriæ posuit Mathias, vel secundū aliquos, Thomas.

Pro numero tamen ipsarum rerum credendarū exactius distinctarum sunt quatuordecim, vt cōmuniter numerantur ab scholasticis, & in catechismo puerorū.

Symbolū est summa, seu regula, seu cōprehensio articulorū fidei. Tria sunt symbola fidei vnā, & eandem fidem continētia: Primum est Apostolorū, qui in cœnaculo congregati in die Penthecostes illud composuerunt ex doctrina Xpi, quam toties audierant, docentis ipsos, & populū; singuli suas conferentes sententias, quas articulos appellamus.

Apostoli tale symbolū composuerunt, vt per Orbem dispersi haberēt vnā fidei regulam, quam omnes omnibus proponerent, & singuli fideles haberent brevem fidei formulam, quam possent memoria retinere, & frequenter profiteri, & à falsis prædicatoribus se tueri. Sez

Secundum symbolum est Nicænum, quod in Concilio Nicæno inchoatum est anno Domini 325. sub Beato Silvestro Papa, & Constantino Magno Imperatore: auctum in Concilio Constantinopolitano anno Domini 381. sub Damaso Papa: probatum in multis alijs Concilijs subsequentibus.

Tertium est Divi Athanasij ab Ecclesia approbatum, & solet dici in Prima, quando dicitur officium de dominica. Quod fuit institutum ad maiorem fidei explicationem. Symbolum Apostolorum fuit institutum ad instructionem fidelium, & dicitur quotidie in principio Matutini, & Primæ, & in fine Completorii. Symbolum Nicænum fuit institutum ad confutationem hæresum, & dicitur in Missa.

Articulus fidei dicitur pars fidei ab Apostolo aliquo ad symboli compositionem prolata; unde omnis articulus fidei est propositio de fide credenda, non tamen omnis propositio fidei est articulus fidei. Propositio de fide proprie, & for-

ma-

maliter loquendo est illa, quæ à Deo est revelata, & ut obliget, debet esse sufficienter propolita.

Pro isto statu, & tempore tenetur quis credere explicitè, necessitate mediij, & finis, Mysteriũ Trinitatis, & Incarnationis, Xp̃m verũ esse Deum, & hominem, ac totius humani generis Redemptorem, & quod mortuus sit, & resurrexit.

*DE SEPTEM FIDEI ARTICVLIS AD  
Divinitatem pertinentibus.*

**P**rimus articulus est, *credo in Deum*, ita habet symbolũ Apostolorum: *credo in vnum Deum*, ita habet symbolum Nicæ-nũ: *fides Catholica hæc est, ut vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem veneremur*, ita symbolum D. Athanasij.

Dictus articulus est de vnitatem essentiam, & personarum Trinitatem, qui ratione naturali cognosci nequit: nam Deum esse vnum, ratio naturalis indicat: Deũ autem esse Vnum, & Trinum, fides docet, & ideo

in

in primo articulo credendum est, Deum esse vnum in essentia, & trinum in personis, quæ quidem personæ sunt realiter inter se distinctæ, inter quas est prioritas, seu ordo originis, quia à Patre Filius, & à Patre, & Filio Spiritus Sanctus.

Ad primum articulum expectant Dei providentia, scientia, & alia attributa, & Deum esse colendum fide, spe, charitate, & Religionis virtute : constat ex symbolo D. Athanasij, vbi dicitur, *Trinitas in unitate, & unitas in Trinitate veneranda est*: & ibi proponit Divina attributa omnipotentia, æternitatis, &c. in Deo enim implicatur prædicata quidditativa Dei, vt sunt entitas, substantialitas, spiritualitas, intellectualitas, & aseitas, scilicet *esse à se radicaliter* ; nec non prædicata modalia, scilicet modi intrinseci, nempe à se formaliter, infinitas, immutabilitas obiectiva, & subiectiva, simplicitas, æternitas, immensitas, incomprehensibilitas : & vltimo prædicata attributalia, vt intellectus, scientia,

Mm *inaccessibilis* tia,

tia, providentia, voluntas, misericordia, iustitia, &c.

Secundus articulus est credere, esse Patrem, qui Pater est prima persona constituta ex Divina essentia, & paternitate; estque principium, nō de principio; tons, & origo Trinitatis: qui Pater generat Filium per memoriam fecundam, quæ est intellectus Divinus, & essentia Divina; hæc in ratione obiecti infinite intelligibilis, vt stat sub paternitate, vel vt est eius, qui habet eam à se: nam sic sortitur memoria fecunda rationē principij proximi *quo* generationis: Pater dicitur principium *quod* ipsius generationis: quæ generatio activa formaliter cōsistit in dictione, nō in intellectu; sicut enim in intellectu creatō est dictio, sive productio, & intellectio, quæ intellectio producit per dictionē; ita in intellectu infinito est intellectio, & productio, quia productivum infinitum, nempe intellectus, intelligendo Divinam essentiam, producit, vt *quo*, Divinum Verbum, quod magis explicabitur in sequenti articulo. Ter;

Tertius articulus est credere, esse Filiū, qui est secunda persona Divina ex essentia Divina, & filiatione constituta, à solo Patre genita, & per omnia ipsi æqualis. Dicitur secunda persona, nempe Filius, Verbum, quia est producta per actum intellectū, qui est dictio: in intellectu enim duo sunt actus formaliter distincti, alter, qui est *intelligere*, estque essentialis, & communis tribus Divinis Personis; alter, qui est *dicere*, estque notionalis proprius Patris, per quem solus Pater dicit, seu producit Verbum.

Quartus articulus est credere, esse Spiritum Sanctum, qui est tertia persona ex Divina essentia, & spiratione passiva constituta, procedens à Patre, & Filio, ut ab vno principio per voluntatem fecundā, quæ est voluntas, & essentia ei præsens in ratione obiecti infinite diligibilis, prout connotat relationem spirationis activæ: & licet Pater, & Filius spirent Spiritum Sanctum, non sunt duo principia, & duo spiratores, sed vnum principium, & vnus

Mm 2

Ipi

(spirator), quia numerus additus termino  
 substantivo non multiplicatur per multi-  
 plicationem personarum, sed debent mul-  
 tiplicari per principium *quo*, vel actio-  
 nem principiandi: cumque in Patre, &  
 Filio sit unicum principium *quo*, & unica  
 actio spirandi, non dicuntur Pater, & Fi-  
 lius duo spiratores. Ratio huius est: quia  
 numerus est terminus adiectivus, & de-  
 pendens, & specificatur à termino inde-  
 pendente, sicque appellans supra termi-  
 num substantivum, & independentem,  
 ab illo terminatur, & specificatur, sicque  
 si vnus sit terminus substantivus, vel  
 plures, variabitur numerus, vt patet in  
 termino *spirator*; si vero numerus, sive  
 principium numeri cadat supra termi-  
 dum adiectivum, qui est adiacens, vel  
 dependens, à termino dependentis speci-  
 ficatur, sicque non à principio *quo*,  
 spirandi, vel ab actione spirativa,  
 sed à personis specificabitur, & sic  
 verum est dicere, quod Pater, & Fi-  
 lius sunt duo spirantes, non tamen

duo

duo spiratores, quia spirans est terminus adiectivus adiacens personis, à quibus specificatur numerus cadens supra terminum *spirans*.

Quintus articulus est credere, Deum esse creatorem Cœli, & Terræ, id est omnium rerum naturalium, quæ nomine *Cœli, & Terræ* continentur: habetur in symbolo Apostolorum, & in symbolo Nicæno additur *visibilem, & invisibilem*, maioris explicationis gratia, & ut Angelos esse à Deo creatos, intelligeremus, quod in Genesi explicatum non fuit, dicet aliqui dicant, *Cœli* nomine Angelos etiam esse significatos.

Cum dicitur omnia esse à Deo creata, non intelligendum est de propria creatione, cum non omnia sint producta ex nihilo, id est ex nullo præsupposito subiecto, in quo consistit ratio propria creationis; sed sensus est, quod immediate, vel mediate cuncta producit Deus, plura immediate ex nihilo, ut Angelos, animas racionales, gratiâ actualé, & habitualé, nec nõ

fio

Mm 3

vir



virtutes infusas ; alia mediate ex prima materia cum causis secundis.

Ad istum articulum pertinet , quod Deus sit gubernator , & conservator rerum omnium : nam creatio , & conservatio est vna , & eadem actio : cum differentia ex parte connotati ; quia creatio importat in re creata connotationem non esse precedentis ; conservatio perseverantiam præexistentis esse : cumque Deus sit omnium finis , ad ipsum omnia referuntur.

Sextus articulus est credere, Deum esse Salvatorem ; Salvator est salutis dator ; salus est gratia ; salvat igitur Deus largiendo gratiam , & hoc competit Deo , ut Deus est , quia collatio gratiæ est opus ad extra ; opus autem ad extra est commune toti Trinitati.

Petes : si credimus Deum esse Salvatorem , quomodo Christus , ut nomen *lesu* sonat , salvator est ? Respondetur , quod Christus Deus , & homo , ut Deus , est causa principalis efficiens gratiam ; ut homo ,

est

est causa instrumentalis, tamquam instrumentum coniunctum Divinitati; Sacramenta Novæ legis, & Sacramentorum Ministri causa Sacramentalis separata; credere ergo Deum esse Salvatorem, est credere Deum esse datorem omnis iustitiæ, sanctitatis, & gratiæ, & remissionis peccatorum, & omnium spiritualium bonorum.

Septimus articulus est credere, Deum esse glorificatorem, id est gloriæ æternæ largitorem. Dicitur autem Deus glorificator: primo, efficienter, & finaliter; quia est causa efficiens, & finalis gloriæ, quæ est clara visio, & fruitio Dei: secundo, quia dat lumen gloriæ, per quod intellectus elevatur, & supernaturalizatur ad producendam visionem. Tertio, obiective, quia est obiectum beatitudinis, quod solum beare potest, quia continet omnem rationem boni, & ideo potest atiare appetitum hominis, & Angeli, quod nulla creatura præstare valet.

Præter gloriâ animæ datur gloria

Mm 4

cor-

corporis, quæ consistit in quatuor dotibus, agilitate, qua corpora gloriosa moventur sine impedimento, & retardatione: subtilitate, qua penetrantur sine expulsiōe: claritate, qua refulgent sine admixtione; & impassibilitate, qua æternaliter cōservantur sine destructiva passiōe;

## DE SEPTEM ARTICVLIS

*fidei ad humanitatem pertinentibus.*

**P**RIMVS articulus est, *creda in Iesum Christum Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto.* Hæc duo nomina, *Iesus*, *Christus*, sunt Verbi incarnati nomen, *Iesus*, impositum fuit ad significandum secundam personam Divinam factam hominem, quæ dicitur de Cœlis descendisse, non quia revera motu locali descenderit, cum sit immensa; sed quia cœpit esse novo modo in terris, per Incarnationem; nomen vero, *Christus*, quod significat

nisi.

nificat *unctum*, est nomen officij, & honoris. Additur *Dominum nostrum*, quia Iesus Christus, ut Deus per creationem, & conservationem; & ut homo per suam mortem, & passionem, nos in potestate sua, & dominatu habet veluti servos.

Additur, *qui conceptus est*, quæ conceptio facta fuit in instanti, quo Beata Virgo præbuit consensum ijs, quæ dicebantur ab Archangelo Gabriele; in quo instanti fuit purissimus sanguis delatus ad locum generationis, ex quo, tamquam ex materia, fuit formatum, & organizatum corpus, & creata, corporique unita anima rationalis; ex quibus unitis facta est humana natura, qua verbo unita, fuit Verbum incarnatum, & facta incarnatio; unde incarnatio est humanæ naturæ assumptio ad personam Verbi hoc modo: in eodem instanti, in quo natura humana habuit propriam existentiam, & habitura erat propria subsistentiam ei debitam, unita fuit Verbo,

Verbo, & subsistit subsistentia Verbi; & quia talis unio facta fuit in hypostasi, dicitur hypostatica.

Talis unio tripliciter potest sumi: Primo pro unitione, seu actione uniendo, & hæc est à tota Trinitate: Secundo, pro termino, qui resultat, scilicet Christo, qui dicitur unitus ex natura humana, & Verbo in unitate suppositi. Tertio: pro relatione unionis inter naturam humanam, & Verbum: & licet tres Divinæ personæ concurrant ad Incarnationem, solus Filius terminavit unionem naturæ humanæ, & ei communicavit suam personalitatem: quod declaratur exemplo vestitiæ. nuptam unà cum nupta; nam & ipsa, & aliæ concutunt ad actiones vestiendi, una autem solum manet vestita, quia una sola communicat suum corpus vestibus.

Hinc Christus est Deus, & homo in persona Verbi subsistens: consequenter in Christo sunt duæ naturæ, Divina, & Humana: duo intellectus, Divinus, & Humanus:

manus: duæ voluntates, Divina, & humana; vna tamen persona Divina Verbi sup-  
 plens vices personæ humanæ, & reddens  
 illam humanam naturam personatam, id-  
 est incommunicabilem *ut quo, & ut quod.*  
 -o Additur *de Spiritu Sancto*, tertia Tri-  
 tatis persona, per appropriationē; quia,  
 cum conceptio, sicut & incarnatio sit  
 opus amoris, appropriatur Spiritui Sāc-  
 to, qui est Patris, & Filij amor.

Secundus articulus, *natus ex Maria*  
*Virgine*. Christus fuit conceptus in Naza-  
 reth anno à creatione mundi 5199. die  
 vigesima quinta mensis Martij, & eodem  
 anno, adhibitis novē mēsb<sup>9</sup>, die 25. mēsis  
 Decembris natus est: in Bethlehē die Do-  
 minica, quia conceptus est feria sexta, ut  
 constat ex Patribus dicentibus, eodem  
 die fuisse Christum incarnatum, & mor-  
 tuum: si enim dies vigesima quinta Mar-  
 tij incidit in feriam sextam, dies vigesi-  
 ma quinta sequentis mensis Decembris  
 incidit in Dominicā. Natus est Christus  
 immediate post mediam noctem, altā na-  
 tivi-

tivitas ad diem vigesimam quintam non pertineret. De fide est, Deiparam Mariam fuisse semper Virginem, non solum in ipso Christi conceptu, & ante partum, sed etiã in ipso partu, & post partum, & perpetuo sic permanisse sine vlla virginitatis iactura. & sic fuit partus Virginis cum integritatis honore per penetrationem, remanentibus corporibus Virginis, & Christi cum suis quantitativibus sine effectu secundario expulsionis.

Terti<sup>o</sup> articulo, passus sub Pontio Pilato, crucifix<sup>us</sup>, mortuus, & sepultus. In hoc articulo quatuor sunt credenda, passio, crucifixio, mors, & sepultura. Christus vere passus est secundum naturam humanam, anno 33. suæ ætatis completo, & inchoato 34. die vigesima quinta Martij, feria sexta inchoata est passio in hora vna, vel altera ante noctis medium in horro.

Christus vere fuit crucifixus tribus clavibus loco Calvarie, nudus absque velamine cum corona spinea. Vere fuit mortuus,

tuus, & in triduo mortis non fuit homo, hominem facit unio animæ cum corpore, & tunc anima non erat corpori unita, licet tam corpus, quam anima unita verbo. Corpus Christi vere fuit sepultum, & , ut diximus, anima, & corpus separata semper manserunt verbo unita: quod explicatur exemplo extrahentis gladium à vagina, nam gladius, & vagina separantur ad invicem, manent tamen unita eidem homini tenenti in dextera gladium, & in sinistra vaginam; ita corpus Christi, & anima separata fuerunt per mortem, manserunt tamen unita verbo, & ita Divinitati: nec corpus Christi fuit corruptum.

Quartus articulus, *descendit ad inferos*: hic articulus non est in symbolo Nicæno, seu Constantinopolitano, quia erat sufficienter traditus in symbolo Apostolorum, & de illo nulla erat tunc hæresis, & omnis Ecclesia Latina, & Græca in hoc conveniebant.

Qua



Quadruplex est infernus: Primus dānatorum, in quo est pæna damni, scilicet carentia Divinæ visionis, & pœna sensus, scilicet ignis. Secundus supra illum, qui dicitur limbus puerorum, qui moriūtur cum solo peccato originali, sive sint Filij Christianorum, sive Gentilium, sive Agarenorum, in quo est carentia visionis æternæ. Tertius supra hunc, dicitur purgatorium, in quo est carentia Divinæ visionis, & pœna sensus ad tempus. Quartus supra istum, dicitur sinus Abrahæ, & limbus Sanctorum Patrum, in quo sola erat carentia Divinæ visionis: à tertio anime sancte, completa satisfactione, transibant ad quartum, vbi fuerunt vsq; ad descensum animæ Christi.

Substantia huius articuli consistit in hoc, vt credatur, quod Christus, idest anima Christi vnita Verbo secundum substantiam, descendit ad limbum Patrum, corpore in sepulchro iacente.

Christus descendēs ad limbum contulit animabus ibi existentibus, primo, bea-  
titu-

titudinem essentialem: secundo, educationem à carcere: tertio, deductionem in cœlum.

Petes: si omnes animæ purgatorij fuerint tunc liberatæ? Respondetur esse probabile, Ecclesiastici 24. *illuminabo omnes sperantes in Domino*: & decebat Divinam clementiam, ut in tali triūpho omnes liberaret, cum soleant Principes in suis triumphis pœnas reis condonare, & carceres aperire.

Quintus articulus, *resurrexit tertia die*. Resurrectio est eius, quod ceciderat, resurrectio, vel iterata resurrectio: Corpus Christi per mortem cecidit, in quantum fuit ab eo separata anima, quæ erat eius formalis perfectio: ergo oportuit ad veritatem resurrectionis, ut idem corpus iteratò eidem animæ uniretur. Resurrexit Christus cum vero, integro, & glorioso corpore, propria virtute, non aliena, sicut Laccarus, & alij à Christo fuerunt suscitati.

*Tertia die*: tres dies, & tres noctes in-  
tel-

telliguntur per synodochem, scilicet pars pro toto; nam Christus parte diei, & tota nocte Veneris fuit in sepulchro, die, ac nocte Sabbati, & parte noctis Dominicæ, & parte diei, seu deliculo, quando resurrexit.

Sextus articulus, & *ascendit in Cælum, sedet ad dexteram Dei Patris.* Ascendit Christus in Cælum, vt homo, nō vt Deus, quia nihil est Deo altius, quō possit ascendere, & cum sit immensus, vbiq̄ue est existens: ascendit igitur homo Deus de Monte Oliveti, in quo vestigia pedū remanserunt, quadragesima die post Resurrectionem feria quinta circa meridiem, non in instanti, sed in tempore via recta, quamdiu ab Apostolis visus fuit, cum animabus sanctis, quas ex sinu Abrahæ eduxerat.

Afferentes multos Sanctos simul cum Christo resurrexisse cum corporibus gloriosis, tenent, in corpore, & anima cum Christo ascendisse, magna Angelorum concomitante caterua. Ascendit propria

vir-

Virtute super superficiem cōvexā Cœli.

*Sedes ad dexteram Dei Patris*: Sedere h̄c non sumitur proprie, sed pro habitare, vt ait Augustinus; quia Deus proprie non habet dexteram, nec sinistram. Dexterā Dei est signum summæ Christi dignitatis, excellentiæ, honoris, gloriæ, & potentiæ super omnes creaturas.

Dicitur Christus sedere ad dexteram Dei: primo, vt Deus Patri Divino, essentia, dignitate, & gloria equalis: secundo, vt homo, dicitur sedere ad dexteram Dei Patris, quia super omnes creaturas, loco, beatitudine, potestate iudiciaria exaltatus est, sicque Deo proximior dominus omnibus Angelis, & hominibus, & tamquam Iudex constitutus, vt iudicet omnes electos, & reprobos.

Septimus articulus: *inde venturus est iudicare vivos, & mortuos*. Præcedet Xpi adventū: primo, Antichristus: secundo, Enoch, & Elias cum eo: Tertio, conversio Iudæorum ad Christum: quarto, signa proxima iudicio: quinto, purgatio

Nā

mundi

mundi per conflagrationem ignis. Ultimo, resurrectio mortuorum.

Antichristus purus homo nasciturus est in Babylonia, & ibi regnum inchoaturus; postea sedem imperij sui in Vrbe Hierusalem fixurus: lactabit se esse verum Deum, & Vniuersi Dominum; & vt se Deum ostendat, mirabilia faciet: & inter alia, vt se Mesiam ostendet, simulabit se mortuum, & mox resurgere: regnare incipiet anno ætatis suæ 30: eius regnum per tres annos, & sex menses durabit; quo tempore finito, in monte Oliveti mortuus, aut vivus in infernum à Deo detruhetur.

Et tempore, quo Antichristus incipiet persequi Ecclesiam, venient Enoch, & Elias, qui modo vivunt in paradiso, vt illi se opponant, & Ecclesiam in illo summo discrimine conseruent: prædicabunt Christianis, & alijs, ne credant Antixpœ nec fallacibus eius signis fidem exhibeant; & per eos fiet conversio Iudeorum ad fidem: & ob prædicationem Evangelicam

interficiuntur ab Antichristo 20. diebus  
ante suam pessimam mortem.

Postea proxime præcedent Iudicium  
signa in Sole, & Luna, & Stellis, &c. Deind  
de mundus purgabitur vltima ignis con-  
flagratione, quæ fiet brevi tempore, &  
quali in momento; & statim erit mortuo-  
rum resurrectio, quæ est mutatio substân-  
tialis, quâ homo, qui prius extiterat,  
idem iterum producat: vnusquisque re-  
surgit in loco, vbi corpus, vel eius mate-  
ria reperietur, & in proprio sexu, in quò  
conceptus fuit.

*Vivos, & mortuos*, id est, vt aliqui expo-  
nunt, bonos, & malos: alij animas, & cor-  
pora: alij nomine vivorum; intelligunt  
eos, qui tempore illo; quò immediate  
præcedet iudicium, erunt vivi, & postea  
morientur, & resurgent, appellarique  
vivos propter brevitatem mortis: alij  
per vivos intelligunt; qui nunc viuunt;  
mortuos, qui eos præcesserunt, quâ phrasi  
significatur omnes esse iudicandos.

In iudicio particulari nec anima iudi-

Nh z

tandâ

canda deferretur in Coelum, nec Christus descēdit in Terram; sed in instanti mortis elevatur anima intellectualiter ad audiendam sententiam iudicis, & hoc est duci ad tribunal eius absque aliqua locali mutatione, & in eodem instanti anima cognoscit se iudicari, & imperio Dei, & Christi salvari, vel damnari.

Christus venturus est ad iudicium universale Angelis comitatus, quia veniet eum potestate magna, & maiestate. Probabile est, quod venient Angeli, assumptis corporibus pulcherrimis, & tubas, quibus convocabunt omnes ad vallem Josaphat, futuras esse sensibiles.

Non descendet Christus, ad iudicandum omnes; in terram, sed in aere sedebit iuxta Vallem Josaphat, qui subiacet monti Oliveti. Omnes illum videbunt, & claritatem corporis eius; gloria tamen Divinitatis solis ostendetur electis.

Quando fiet separatio universalis bonorum à malis, rapientur boni, & Iusti in aera obviam Christo à dex-

tris;

trils ; & mali omnes in terra erunt à sinistris.

Omnia bona opera , peccata mortalia , & venialia Sanctorum , & reproborum in iudicio omnibus manifestabuntur , vt sententiæ æquitas , & iustitia sit omnibus nota.

In iudicio discussio , & accusatio malorum , & commendatio bonorum , & sententia de vtrisque perficietur locutione mentali ; & sic liber vitæ , in quo scriptæ sunt personæ salvandæ , est mens Divina ; & libri , qui dicuntur aperiendi , sunt omnium conscientiæ , in quibus cuncta reperientur scripta.

Incertum est , quanto tempore duraturum sit iudicium ; & licet communiter appelletur dies iudicij ; dies ibi non sumitur pro naturali quodam die , sed pro tempore , quo fiet iudicium ; verisimile est , non duraturum per instans , cum multa opera sint manifestanda ; nec per multum tempus , quia non est necessarium , vt Christus vincat

No 3

singul-



singulorum conscientias, & sententias proferat.

De singulis est propria sententia proferenda, quia non sunt omnes eadem pœna puniendi, nec omnes eadem gloria premiandi. Postquam de singulis iudicatum fuerit, ad consumationem iudicij, voce sensibili proferentur duæ generales sententiæ: pro prædestinatis, *venite benedicti &c.* pro reprobis, *ite maledicti in ignem æternum.* Sub prima parte sententiæ, *ite maledicti*, comprehenduntur paruuli cum solo originali mortui, in quibus verbis stat pœna damni: sub secunda vero parte, *in ignem æternum*, qua significatur pœna sensus, intelliguntur illi, qui cum actualibus peccatis mortalibus ex hac vita disceserunt.

Prolatis his duabus sententijs, statim sine mora executioni mandabuntur, & illi: cõ terra aperietur, vt damnatos devoret; beati vero cum Christo recipientur in Cœlum.

Præter quatuordecim articulos fidei

iam

jam explicatos sunt alij quinque : *crede Sanctam Ecclesiam Catholicam: Sanctorum communionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem: vitam æternam*; tamen isti quinque reducuntur ad sextum de Deo Salvatore, & ad septimum de Deo Glorificatore, nimirum *crede Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, peccatorum remissionem*, ad sextum de Deo, vt Salvatore: *carnis resurrectionem, vitam æternam, immortalitatem animæ, purgatorium, & infernum* ad septimum de Deo, vt Glorificatore: nam Deus est glorificator, & dator vitæ æternæ, & pœnæ æternæ iuxta cuiuslibet merita.

*Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam*, ita habet symbolum Apostolorum, & *vnam Sanctam, & Apostolicam Ecclesiam*, symbolum Nicænum; cumque Ecclesia, vel sit militans, vel purgans, vel triumphans, in dictis symbolis agitur de militante.

Ecclesia potest definiri, *congregatio fidelium*, & sic complectitur Angelos, & homines; Vel potest definiri, *congrega-*

tio visibilis fidelium baptizatorum sub uno capite Christo in Cœlis, & Vicario eius in Terris, & sic significat Ecclesiam Militantem legis gratiæ.

Dicitur Ecclesia militans una, ex unitate fidei, spei, charitatis, & religionis: unitate dominij, & baptismatis: unitate invisibili Rectoris Ecclesiæ, Christi Domini, & gubernatoris visibilis, Summi Pontificis.

Dicitur Ecclesia, *Sancta*, quia in ea sunt, & semper fuere viri Sancti sanctitate fidei, & morum, quia in ea est Sancta gubernatio; gubernatur enim invisibiliter ab Spiritu Sancto, & visibiliter à successore Petri, qui in gubernatione Ecclesiæ, in doctrina fidei, & morum errare non potest.

Dicitur *Sancta* à legibus: leges Ecclesiæ, vel sunt ex Christi institutione, vel ex traditione Apostolica, vt canones Apostolorum, quos scripsit Beatus Clemes Divi Petri Discipulus; vel sunt institutæ à Sede Apostolica, vt quinque Ecclesiæ præcepta.

Di-

Dicitur *Sancta*, quia in ea sunt status sancti, & à Deo probati, vt Episcoporum, Religiosorum, Clericorum, Sacrarum Virginum, &c. Deniq; est Ecclesia Sãcta, quia in ea sunt media efficacia ad obtinendam, & conservandam Sanctitatem, scilicet Sacramenta.

Ecclesia dicitur *Catholica*, idest universalis: primo, ratione locorum, quia nullis clauditur terminis, sed est diffusa, vel diffundenda per Vniuersum Orbem. Secundo, ratione gentium, quia complectitur, & recipit omnes gentes, & nationes, & quotquot fideles sunt. Progressu temporis fuit per omnes provincias, & populos prædicatum Evangelium, & ibi ab omnibus, vel à pluribus receptum, & creditum; & ante consumationem sæculi prædicabitur, & recipietur à cæteris, à quibus hucusque receptum non est.

Dicitur Ecclesia Christi *Apostolica*: primo, quia fudata prædicatione, vita, & miraculis Beatorum Apostolorum: secundo, quia

quia retinet eandem fidem, doctrinam, religionem, Sacramentorum vsum, quam Apostoli à Christo edocti tradiderunt, & easdem leges, & traditiones, quas illi suis discipulis, & posteris reliquerunt.

Dicitur Ecclesia, *o sibilis*, seu *sensibilis*, quia fideles, qui sunt membra eius, visibiles sunt; & fides, quæ est eius forma, ratione actus externi, scilicet cõfessionis fidei, & signorũ protestationorũ ipsius, visibilis est; caput ipsius, scilicet Romanus Pontifex, est visibilis.

*Sanctorum communionem.* Hic articulus est in symbolo Apostolorum, non in symbolo Nicæno: qui articulus sub nomine *Sanctæ Ecclesie* complectitur, estque veluti explicatio articuli de vnitate, & sanctitate Ecclesie. *Sanctorum communio* explicatur per analogiam à membro corporis: omnes fideles vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra; & sicut membra non eundem actũ habent in corpore, sed vnumquodque per proprium actum iuvat alterum, in quantum

tum

tum potest illud iuvare, & alterum indiget ab illo iuari: ita & omnes, qui sunt in Ecclesia, sua opera, suaque bona comunicant sibi invicem, & iuvant per Sacramenta, orationes, impetrationes, satisfactiones, suffragia, quæ in Ecclesia Dei diversa sût, & ab Spiritu Sancto, qui illam regit, dantur vnicuique ad communem utilitatem.

Pro cuius maiori explicatione advertendum, quod in opere meritorio cuiusvis iusti invenitur meritum de condigno & ex iustitia, augmenti gratiæ, & gloriæ, quod nulli alteri potest communicari: invenitur etiam impetratio alicuius boni, quod alij vocât meritum de congruo, & satisfactio pro pœna, quæ duo vltima communicari, & prodesse possunt alteri.

Licet communio Sanctorum sit respectu solius Ecclesiæ militantis, potest tamen de triumphante, & purgante intelligi, quia aliquo modo participant de bonis cõmunibus, quæ sunt in Ecclesia, nam peccatores, cum sint membra Ecclesiæ, quam-

vis

vis mortua iuuantur, vt redeant ad statum gratiæ: qui sunt in purgatorio, vt liberentur; qui sunt in Cælo, honorantur à nobis, & gaudent de nostris bonis, & multum nos adiuuant suis precibus.

*Remissionem peccatorum.* In Ecclesia est potestas remittendi peccata, & est de fide. Deus potestate autoritatis, & de se per se remittit peccata, quia offensa à nemine, nisi ab offenso, remitti potest. Christus potestate excellentiæ peccata remittit, qui etiam sanguine suo peccata deleuit, & ad hoc sacramenta instituit. sacerdotes habent potestatem ministerialem remittendi peccata à Christo ipsis collatam, Ioannis 20. *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.*

*Carnis resurrectionem, Vitam eternam.* Hi duo articuli manent superius explicati: hic in septimo articulo de Deo Glorificatore: ille in septimo de Deo Venturo iudicare vivos, & mortuos.

Non omnes æqualiter obligantur explicite credere fidei mysteria, quia Præ-

lati,

lati, & qui ex officio alios instruere tenentur, plura scire debent explicitè, quam rudes personæ, quia vt ait Augustinus 14. de Trinitate, aliud est scire tantummodò, quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam æternam: aliud est scire, quemadmodum hoc ipsum opituletur, & contra impios defendatur, quod vltimum ad Prælatos, & qui ex officio alios instruere tenentur, attinet.

Omnes fideles tenentur sub mortali scire præcepta decalogi, & Ecclesiæ, quia tenentur illa observare, quod ea ignorantibus præstare nequeunt. Tenentur etiam scire orationem Dominicam, quia vniversa à Deo petenda, in ea continentur. Obligantur fideles ex iure Divino ad quandoquæ orandum, quia diu in gratia absque oratione perseverare non valent. Scire etiam tenentur salutationem Angelicam, opera misericordiæ, saltè protèpore, quo debèt illa exercere;

plus



plures asserunt, esse mortale nescire se signare signo crucis, quod mihi durum videtur.

Petes. quenam sit differentia inter *credere Deo*, *creare Deum*, & *credere in Deum*? Respondetur, quod *credere Deo* est credere omnia esse vera, quæ nobis à Deo, vel per Filium suum; vel per Angelos, vel per Prophetas, vel per Ecclesiam catholicam, firma fide tenenda, & credenda sūt proposita. *Creare Deum*, est credere Deū esse.

*Credere in Deum*, vel *in Deo*, vel *in nomine eius*, ex Divo Augustino, & D. Thoma, dicit actum fidei in Deum ultimum finem super omnia dilectū: & in symbolis præpositio *in* non ponitur, nisi in articulis; ubi fides debet resolvi in personam aliquam Divinitatis, veluti principium, & finem salutis obtinenda.

Petes: si in peccato mortali existens credat in Deum? Respondetur, quod aliqui negant, quia *credere in Deum* dicit actum fidei vivæ, & formatæ vera chari-

tatē

tate Dei. Alij distinguunt, peccatorem, ut privatam personam non pōne dicere vere, *credo in Deum*, bene tamen, ut membrum Ecclesiæ. Probabile etiam est, quod, ut persona privata, possit dicere ; *credo in Deum*; propter habitudinem principalis obiecti fidei, vel etiam ultimi finis diligibilis super omnia, etiam si a credente actu non diligatur.



CATA-



CATHALOGVS EX  
COMMUNICATIONVM CON-  
TENTARVM IN BVLLA COE-  
næ, Decreto Decretalium Sexto, Cle-  
mentinis, Extravagantibus, Concilio  
Tridentino; Bullis Apostolicis; om-  
nibus vtilis, Confessarijs om-  
nino necessarius.

EXCOMMUNICATIONES IN BVLLA  
*Cænæ Papæ reservatæ.*

I: **C**ONTRA quoscumque hæ-  
reticos; eorumque fautores:  
scilicet legentes, retinentes, imprimen-  
tes illorum libros hæresim continentes,  
aut de religione tractantes: & schisma-  
ticos.

II: Appellantes à mandatis Summi  
Pontificis ad futurum Concilium Gene-  
rale, ac illorum fautores.

III: Pyratas discurrennes mare Pa-  
pæ, præcipuè à monte Argentario vsq;  
ad Tarracinam, ac eorum defensores.

Oo

IV:

IV: Surripientes bona Christiano-  
rum naufragantium, in mari, in navi, aut  
littore inventa.

V: Imponentes nova tributa, au-  
gentes illa, vel exigentes.

VI: Falsificantes litteras Summi  
Pontificis, Vicecancelarij, aut vices ip-  
sorum gerentium.

VII: Deferentes equos, arma, aut  
alia vsui bellico idonea ad Turcas, aut  
Hæreticos, vel nuntiantes eis pertinen-  
tia ad statum reipublicæ Christianæ in  
damnum Christianorum, vel ad id auxi-  
lium dantes.

VIII: Impedientes victualia, & alia  
necessaria ad Romanam Curiam deferri,  
& impredientium defensores, per se, vel  
per alios.

IX: Nocentes sua, vel aliorum ope-  
ra ad sedem Apostolicam euntibus, aut  
ab ea redeuntibus: nec non illos, qui, iu-  
risdictione temerè vsurpata, nocere au-  
dent morantibus in eadem curia.

X: Offendentes eos, qui devotionis

causa Romam petunt, in ea morantur, aut ab ea recedunt, & auxiliantes.

XI: Lædentes Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Nuntios; aut à suis terris eos eijcientes: mandantes, ratum habentes, vel offendentibus auxilium dantes.

XII: Lædentes Romanam Curiam adeuntes negotiorum causa; Advocatos, Procuratores, Agentes, Iudices occasione causarum, illorumque fautores. *Hic Canon extendit nonum.*

XIII: Appellantes ad laicam potestatem in causis Ecclesiasticis, ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum, aut impediendes earum executiones; vel præsumentes prohibere, ne quis ad Curiam recurrat pro negotijs, aut gratijs; vel impetratisvtatur.

XIV: Avocantes ad se causas spirituales à Iudicibus Ecclesiasticis, etiam prætextu violentiæ prohibendæ: ac illorum Consiliarios.

XV: Sæculares trahetes ad sua tribuna-

bunalia personas Ecclesiasticas, vel facientes statuta, quibus Ecclesiastica libertas leditur, aut vtentes his statutis.

XVI: Impedientes Episcopos, aut alios Iudices Ecclesiasticos, ne sua iurisdictione vtantur: aut eos, qui ipsorum iudicium eludentes, recurrunt ad Curias Seculares, seu ad id consilium dant.

XVII: Usurpantes iurisdictionem, aut fructus pertinentes ad Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum, seu beneficiorum, aut illos sequestrantes sine legitima facultate.

XVIII: Imponentes, & exigentes per se, vel per alios directe, vel indirecte decimas, & alia onera Ecclesiasticis, vel bonis illorum: dantes auxilium, vel recipientes sic imposita, etiam si recipiant ab sponte dantibus.

XIX: Quoscumque Iudices, Scribas, Consiliarios, vel alio quouis nomine nūcupatos, interponentes se in causis criminalibus contra Ecclesiasticos, processando, banniendo, capiendo, proferendo sententias, vel exequendo.

XX: Occupare terras Romanæ Ecclesiæ subiectas, aut in eis iurisdictionem supremam perturbare præsumentes, aut favorem dantes.

XXI: Absolvere ab his excommunicationibus sine debita facultate præsumentes. *Hac non est reservata.*

EXCOMMUNICATIONES EXTRA

*Bullam Cæne, Papa reservata.*

CONTRA OMNES

I: **I**nscientes manus violentas in Clericum, vel Monachum: capite, si quis suadente Diabolo, in Clericum, vel Monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat. 17. questione 4. Mandantes iniectionem, ea sequuta: capite, Mulieres 9. illi vero, de sent. excomm. Consulentes; vel non impediētes, cum possint, & ex officio teneantur, capite, Quanta 47. eodem titulo: ratam habentes illam contemplatione sui factā,



cap. cum quis 23. de Sent. Excommunicationis in 6. Episcopus absoluit à levi. cap. pervenit 17. de senten. excomm.

II: Perseverantes per annum in excommunicatione lata à Delegato Papæ, cap. quarenti 26. de officio, & potest. Judis. Deleg.

III. Habentes litteras Apostolicas falsas, & inter viginti dies eas non destruunt, vel non resignant, si Episcopus contra illos tulit excommunicationem; cap. Dura. 4. de crimine falso.

IV: Incendiarios ab Episcopo excommunicatos, & denunciatos: capite, Tua Nos 19, de Sent. Excommunicationis,

V: Sacrilegos effringentes, & expoliantes Ecclesiam, postquam denunciati sunt excommunicati: cap. Conquesti 22. de Sententia Excomm. nam ante denuntiationem non est reservata.

VI: Communicantes scienter in crimine cum excommunicato à Papa excommunicatione sibi reservata. cap.

*Nuper 29. de Sententia excommunicationis,*  
Communicans in crimine absolui debet  
ab eo, à quo ipse excommunicatus, cum  
quo communicat: *Eodem cap.*

VII: Vexantes eum, qui censu-  
ram in aliquem tulit, in persona, aut bo-  
nis suis, vel suorum: aut eum, ad  
cuius petitionem lata est: aut obser-  
vantem illam; aut cum excommunica-  
to communicare nolentem: *capite, qui-  
cumque 11. de Sententia Excommunica-  
tionis in 6.*

VIII: Absolutos à Papa ab ex com-  
municatione sibi reservata sub cōditione,  
& non implentes, qui incidunt in eam:  
*cap. eos, qui 22. de Sent. Excom-  
municationis in 6.* Ab excommunica-  
tione reservata absolutus in articulo  
mortis ab eo, à quo aliàs absolui non  
poterat, si, elapso morbo, contemnit se  
præsentare ei, à quo erat absolvendus, in  
eamdem excommunicationem reincident:  
*ex eodem cap. non vero ex Trident.*

IX: Gloriantes, scribentes, docetes cōtra cōcessa

declarata, & decreta, in capite, exijt, quæ  
*seminat, de Verbor. signif. in 6.*

X: Violantes interdictum in qua-  
 tuor casibus expressis in *Clement. Gra-  
 vis, de Sent. Excomm.* Primus est: si Do-  
 mini temporales in terris suis præsumant  
 cogere aliquem ad celebranda divina of-  
 ficia in loco interdicto: secundus, vocare  
 aliquos ad illa audienda: tertius, prohi-  
 bere, ne excommunicati vitandi, vel in-  
 terdicti egrediantur de Ecclesia tempo-  
 re Missæ, dum à celebrante moniti sunt,  
 ut exeant: quartus, hi vitandi nominatim  
 moniti, ut prodeant, remanere præsumen-  
 tes, incidunt in novam excommunicatio-  
 nem reservatam Papæ.

XI: Præsumentes exenterare corpo-  
 ra fidelium defunctorum in terris catho-  
 licorum, ut alibi sepeliant. Bonifacius  
 8. *extrav. detestanda.* Non incurritur, si  
 fiat, ne foeteat, & ibidem humetur, aut  
 in cadavere Regis, aut causa anatomix,  
 aut odij, seu sententiæ.

XII: Directe, vel indirecte, quomo-  
 do-

documque præsumentes dare, & accipere aliquid ex pacto, pro ingressu in religionem. Urbanus 4. *extrav. Sane, de Simonia.* Ab hac censura excusantur Moniales exigentes dotem, nõ pro ingressu, seu professione, sed pro ingredientis sustentatione.

XIII: Simoniacos in ordine, vel beneficio, vel prælatura Religionis, dâtes, recipientes temporale in pretium rei spiritualis, vel mediatores. Paulus secundus *extrav. 2. de Simonia.* Ad excommunicationem non sufficit Simonia conventionalis, sed requiritur realis, & utrinque completa.

XIV: Ausu temerario præsumentes asserere esse hæreticum, dicere Beatam Virginem Mariam esse conceptam sine peccato originali, vel econtrà. Sixtus 4. *Extrav. Grave, de Reliquijs, & Ven. Sanct.*

XV: Dantes aliquid, vel recipientes; promittentes, aut promissionem acceptantes, pro gratia, vel iustitia in Romana Curia obtinenda, vel in hoc dantes

con:

consilium. Bonifacius 8. *extrav. de sententia Excomm. renovata per Gregorium 13. Bulla 24. ab ipso, & Clé. 8. Bulla 10. Pro Commissar. §. 22.*

XVI: Afferentes Seraphicum Franciscum in suo corpore non habuisse Sacra Stigmata Iesu Xpi, vel ea de illius imagine abolentes, seu aboleri facientes. Alexand. 4. *Bulla 25. quia longum, in bullario Roderici.*

XVII: Pingentes imaginem Sancti, vel Sanctæ cum dictis stigmatibus (excepta Sancti Francisci) vel ea de imagine picta non delentes, vel afferentes alij esse concessa. Sixtus IV. *Bulla 6. expectat, & Bulla 7. licet, in bullario Roderici.*

XVIII: Fingentes se nepotes, fratres, aut continuos commensales Cardinalium, vt expeditionem litterarum Apostolicarum gratis assequantur. Innocentius 8. *Bulla 11. cum sicut. Leo X. Bulla 27. in habendo.*

XIX: Occupantes bona Cardinalium in conclavi existentium, mandantes, consulentes, ratum habentes. Leo X. *Bulla* 16. *temerariorum.*

XX. Nominantes malitiosè aliquem Fratrem Sancti Francisci, Privilegiatum, Bullistam, aut alioquo-  
vis irriforio nomine, occasione priorum  
divisionum ipsius Ordinis. Leo X.  
*Bulla Unionis* 23. *ite, & vos.* §. 14.

XXI: Impedientes executionem  
litterarum Sacræ Pænitentiaræ. Iu-  
lius 3. *Bulla* 1. *Rationi,*

XXII: Supponentes se pro alijs  
in examine, vt Beneficium impetrent.  
Paulus 4. *Bulla* 12. *inter.*

XXIII: Ambientes Papatum,  
aut tractantes de electione futuri Pon-  
tificis, ipso vivente: illorum com-  
plices, seu fautores. Paulus 4. *Bulla*  
16. *Cum Secundum.*

XXIV: Mittentes litteras, aut Nū-  
tium ad Cardinales existentes in concla-  
vi, & recipientes, vel contra e conclavi  
ad eos, qui foris sunt. Pius Quartus *Bulla*  
63. *in eligendis.*

XXV: Furto subtrahentes aliquē  
librum ex bibliothecis fratrum minorū.  
Pius V. *Bulla* 27. *cum sicut*, in Bullario  
Rodērici.

XXVI: Suadentes Papæ, vt infeu-  
det, vel alienet civitates, & loca Roma-  
næ Ecclesiæ. Pius V. *Bull.* 35. *Admonet*  
*nos.*

XXVII: Offendentes DD. Inquisi-  
tores, vel Ministros, aut res Sancti Offi-  
cij Inquisitionis. Pius V. *Bulla* 82. *Si de*  
*protegendis. Hanc lege: & discas plura scitu,*  
*& observatione digna.*

XXVIII: Scientes, & non revelan-  
tes Papæ, vel Ordinario conspirationem  
cōtra aliquem Cardinalem. Pius V. *Bul-*  
*la* 93. *infælices.*

XXIX. Exigentes aliquid in colla-  
tione beneficiorum Ecclesiasticorum, vel

ad-

admissione ad illorum possessionem. Pius V. *Bulla* 104. *Durum nimis.*

XXX: Mulieres audentes ingredi Monasteria Religiosorum. Pius V. *Bulla, decet Romanum Pontificem*, declaratoria *Bulle* 20. *regularium personarum*: & alios quoscumque ingredientes Monasteria Monialium. Gregorius 13. *Bulla* 28. *ubi gratia*. Immediatè sequitur alia declaratoria pro Prælati Monialium.

XXXI: Directè, vel indirectè audentes impugnare institutum, vel constitutiones Societatis Iesv, vel quævis articulū *Bullæ*. 89. Gregorij 13. *ascendente.*

XXXII: Audentes exigere iuramenta illicita, vel contraria libertati Ecclesiasticæ, vel decretis Tridentini. Gregorius 13. *Bulla* 93. *Inter.*

XXXIII: Præsumentes facere spõsiones super vita, aut morte, aut futura creatione Pontificis, eo vivente, seu mortuo: aut super promotionibus Cardinalium; consentientes, vel mediatores. Gregorius 14. *Bull.* 4. *Cogit.*



XXXIV: Præsumptentes violare immunitatem Ecclesiasticam quoad confugi-  
gentes ad Ecclesias: qua privantur octo  
hominum genera: Primo, hæretici: 2.  
publice latrones: 3: Viarum grillato-  
res: 4. Agrorum depopulatores: 5: qui  
homicidia, vel mutilationes in Eccle-  
sijs, vel cæmeterio commiserunt: 6. qui  
proditorie proximum occiderunt: 7:  
rei assassini: 8. rei crimine lesæ maies-  
tatis. Gregorius 14. *Bulla 7. Cum alijs.*  
Non potest reus à laica auctoritate in-  
tra Ecclesiam capi, vinciri, armis  
spoliari, custodiri; ex *cap. Definivit 171*  
*quest. 4. & Concilio Toletano 2. capite*  
*19.*

XXXV: Committentes duellum  
solemne, vel privatum, provocantes,  
consulentes quolibet modo, cooperan-  
tes, Patrimonos, de industria expectan-  
tes, permittentes illud in terris suis: &  
in eo morientes carent sepultura Ec-  
clesiastica. Clemens 8. *Bulla 11. illius*  
*vices: & Tridentinum Sess. 25. cap. 19.*  
*De Reform.* 36.

XXXVI: Subtrahentes libros, & manufcripta ex Bibliothecis Fratrum Carmelitarum: Clemens 8. *Bulla 24<sup>a</sup> quæ ad tuenda.*

XXXVII: Dicentes, fieri posse confessionem per litteras, seu nuntium, Confessario abfenti, & ab eo abfolui: Vel ad praxim deducentes. Clemens 8. *decret. in Gener. Congreg. S. Inquisitionis 38.*

XXXVIII: Bona Ecclefie, Beneficij, aut alterius loci pij, quæ in Ministrorum, & pauperum neceffitates converti debent, fibi vfurpare præfumentes: feu impedire, ne ab eis, ad quos iure pertinent, percipiantur. *Trid. feff. 22. cap. 11. De Reform.*

XXXIX: Imprimentes Breviarium Romanum, diurna, &c. contra formam præfcriptam ab Urbano 8. *Bulla, Divinam: aut Bibliopolas illa vèdentes.*

(✠)

CON

## CONTRA CLERICOS.

XXX: **A**dmittentes scienter, & spontè ad Divina Officia excommunicatos à Papa. *Capite, significavit, 18. De Sententiâ Excom.*

XXXI: Religiosos inducentes aliquem, vt voto, iuramento, vel promissione eligat sepulturam apud eorum Ecclesias, vel nō mutet electam. *Clemēt. Cupientes, de pœnis.* Vt talis excommunicatio incurratur, requiritur, vt quis inducat ad faciendum actum obligatorium electionis sepulturæ, vt est votum, iuramentum, promissio.

XXXII: Præsumentes convenire personas Ecclesiasticas coram Iudice Laico in causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus. *Martinus V. Bulla 10. Ad reprimendas.* Ferit etiam Religiosos.

XXXIII: Scienter procurantes fraude alienationes bonorum Ecclesiasticorum in detrimentum Ecclesiarum. *Paulus 2. Bulla 2. Cum.*

XXXIV: Prædicatores, & Regulares audentes sacram scripturam interpretari iuxta sensum contrarium vero sensui, & declarationi Doctorum Ecclesiæ: aut prædicare tempus præfixum futurorum malorum; aut adventus Antichristi, aut certum Iudicij diem; aut suas revelationes: aut Ecclesiæ Prælati detrahere. Leo X. *Bulla* 21. *Supernæ*.

XXXV: Recipere præsumentes beneficium, aut pensionem cum Simonia confidentiali: Pius 4. *Bulla* 85. *Rom. Pont.* & Pius V. *Bulla* 85. *Intolerabilis*: Hæc fit; dum recipis beneficium ab eo, qui tibi dat cum pacto, quod postea illud idem ei, vel alteri dimittes; aut pensionem solves: Resignantes; præsentantes; collatores, & mediatores; licet Simoniam committant, non subijciuntur huic excommunicationi.

(✝)

PP

CON

## CONTRA REGULARES.

XXXVI: **P**raesumentes ministrare Clericis, aut Laicis; sine Parochi, aut sedis Apostolicae licentia, Sacramenta Extremae Vnctionis, vel Eucharistiae, vel solemnizare Matrimonium: Clemens 1. *de Privil.* Intra septa Monasterij posse illis ministrare duo priora, multis privilegijs probat Hieronimus Rodericus. *resol.* 63.

XXXVII: Minores tempore interdicti in suis Ecclesijs admittentes fratres, aut sorores tertij ordinis ad audienda Divina Officia: Clem. 3. *de Sent. Exkomm.* Admitti possunt ex Privilegio Sixti 4. *Bulla* 14. *Regimini*, in Bullario Roderici.

XXXVIII: Mendicantes transientes ad non mendicantes, & illos recipientes sine Papae licentia, Exceptis Carthusianis: Martin. 4. *Extrao.* 1. *de Regularibus.*

Nunc Religiones habent privilegium  
quo

quò sub excōmunicationis latę sententię pœna prohibetur transitus vnus ad aliam; etiam Carthusianbrũ; sine Superiorum licentia:

XXXIX: Moniales è Monasterio egredientes, dantes exeundi licentiam; comitantes; receptates illicite egressas; nisi ex causa magni incendiij, vel leprę; aut epidemię, per Ordinarium approbata. Pius V. *in Bulla 8. decori.*

L. Minores de obleruantia in electionibus, vel ante eas per sex menses subornantes, vel procurantes favorem extra religionem ad officium in ea obtinendum. Pius V. *Bulla 128. Pastoralis officij.* Gregorius 13. *Bulla 13. consuevit.*

LI: Eosdem, & Moniales eiusdem ordinis præsumentes appellare à suis Prælati ad tribunalia sæcularia, fautores, consultores; aut non recipere Commissarios Visitatores, aut mutare ab eis recte, ac salubriter ordinata. Gregorius 13. *Bullã 27. quoniam nostro.* Item pro Carmelitis. Clem: 8. *Bullã 110.*

Pp 2

§ 2.

LII: Superiores Regulares non denuntiantes Inquisitoribus subditos suos de hæresi suspectos, vel præsumentes impedire Religiosos, ne denuntient. *Paulus V. Bulla 26. Rom. Pont.*

IN PERSONAS PVBLICAS.

LIII: **E**pis copos, aliosque Prælatos, qui censuris vexât Curiales: ac eos beneficijs privant, & alijs conferunt: eaque recipientes. *Eugenius 4. Extrav. Divina, de privileg.*

LIV: Inquisitores Episcopis infiores, & eorum substitutos, præsumentes ex odio, amore, & lucro delinquere in suo officio per omissionem, aut iniustam vexationem. *Clem. 1. de Heretic.*

LV: Rectores Civitatum, aliorumque locorum Romanæ Ecclesiæ subiectorum, recipientes munera ( præter esculenta, & poculenta, quæ biduò conferuntur ) & dantes. *Paulus 2. Bulla 3. Munera Excœcare oculos Sapientum, & pervertere corda iustorum.*

LVI: Cardinales præsumentes committere Simoniam in electione Papæ, Sede Apostolica vacante, Iulius, 2. *Bulla 2. cunctam.*

LVII. Cardinales revelâtes ea, quæ Papa in Cōsistorio, aut alia occasione sub secreto tegenda expresse indicavit, Leo X. *Bulla 7. Superne.*

LVIII: Episcopus, & alios beneficiorum collatores, qui suspensi ob non servatam formam resignationis, vel collationis à Pio V. datam, illa conferre ausi fuerint. *Bulla 58. quanta.*

LIX: Officiales Pœnitentiariæ accipientes aliquid etiam sponte oblatum, concessionum, seu expeditionum occasione. Pius V. *Bulla 83. in omnibus.*

LX: Cardinales non reservantes formam in eligendo Summum Pontificem præscriptam à Gregorio 15. *Bulla 13. Aeterni, & Urbano VIII. Bulla 45. Ad Romanum.*

\* \*  
Pp 3

231



EXCOMMUNICATIONES NON RE-  
servatae.

CONTRA OMNES.

I: **L** Aicos, qui oblationes intra  
Ecclesiam factas, de ea aufer-  
re, aut sibi usurpare praesumunt. *cap.  
hanc 10. q. 1.*

II: Ratas habere praesumentes col-  
lationes Ordinum quoad executionem,  
vel beneficiorum, factas ab Schismatico,  
*cap. 1. de Schismaticis.*

III: Laicos utentes litteris Aposto-  
licis falsificatis: *cap. 7. de crimine falso.*

IV: Alloquentes secreto cum Cardi-  
nalibus, dum sunt in conclavi. *cap. 3. de  
elect. in 6.*

V: Praesumentes gravare per se, vel  
per alios, aut iniuste persequi Ecclesias-  
ticos electores, seu electrices, vel eorum  
consanguineos, Ecclesias, Monasteria, eo  
quod noluerunt eligere eum, pro quo ro-  
gabatur: *cap. sciant. 12. de elect. in 6.*

VI: De novo praesumentes usurpare  
iura,

iura, aliavē bona Ecclesiarum, & aliorū  
 piorum locorum vacantium: & Clericos,  
 aut Monachos hoc fieri procurantes. *cap.*  
*13. de elect. in 6.*

VII. Eos, qui vocati ad dirigendas  
 Moniales, in electionibus aliquid faciūt,  
 ex quo inter eas discordia oriri, vel orta  
 nutriri potest circa electiones: *cap. in dem-*  
*nitatibus 43 de Elect. in 6.* sive sint præla-  
 ti, sive alij.

VIII: Partem, quæ procurat, vt Cō-  
 servator sibi datus limites suæ facultatis  
 excedat: *cap. 15. de offi. & potest. iudic. de*  
*leg. in 6.* & Gregorius 15. *Bulla. 9.*  
*sanctissimus*

IX; Extorquentes vi, aut metu ab-  
 solutionem, vel revocationem alicuius  
 censuræ: *cap. vn. de his, quæ vi, metu sive cau-*  
*safunt. in 6.* & absolutio est nulla: *eodem*  
*cap.* Sic absolutus manet duplici censura  
 ligatus.

X: Exigentes per se, vel per alium à  
 Clericis tributum: *cap. Quamquam 4. de*  
*cenfib. in 6.* quod ipsis non fuit impositum,

Pp 4

sed

sed solis laicis : & in hoc differt hæc ex-  
com. à 18. Bull. cœna.

XI: Doctores Religiosum, habitu demisso, scienter permittentes docere medicinam, aut leges civiles ; aut in scholis retinere præsumentes: *cap. 2. ut periculosa, ne Clerici, vel Monachi in 6.*

XII: Scienter præsumentes sepelire in loco sacro hæreticos, vel eorum receptores, ac fautores. *cap. 2. de hæreticis in 6.*

XIII: Mandantes Christianos occidi per assassinos, aut defendentes: *cap. 1. de homicid. in 6.*

XIV: Concedentes repræsalias, aut extēdentes cōcessas adversus Ecclesiasticos, vel eorū bona. *c. vnic. de iniurijs in 6.*

XV: Scienter præsumentes sepelire mortuos in loco sacro tempore interdicti: vel alio tempore excommunicatos visitandos, aut nominatim interdictos, aut usurarios manifestos. *Clem. 1 de sepul. A iure conceditur Religiosis, & privilegiatis, & Clericis sepultura.*

XVI: Præsumentes impedire Visitatorem Monialium in visitationis munere, nisi moniti respiciant. *Clement. attendentes, de statutis Monach.*

XVII: Contrahentes scienter matrimonium cum consanguinea, vel affine, aut Moniali. *Clement. Vni. de consang.*

XVIII: Præsumentes imprimere, aut imprimi facere librum aliquem, seu aliam quamcūq; scripturā sine Superiorū licentiā. Item vendentes, vel tenentes libros de rebus sacris, eorū approbatione carentes. *Leo X. Bull. 12. inter. Trident. Sess. 4.*

XIX: Docere præsumentes, habenti conscientiam peccati mortalis necessariam non esse confessionem ante sumptionem Eucharistiæ. *Trid. sess. 13. can. 11.*

XX: Negantes matrimonia clandestina ante Tridentinum celebrata, valida fuisse; aut matrimonium à filijs familias, in consulto Patre, celebratum, validum esse. *Trident. sess. 25. cap. 1. de reform. Matrimony.*

XXI: Raptores mulierum, & præbentes illis consilium, auxilium, vel favorem. *Trid. sess. 24. cap. 6.*

XXII: Adigentes, hoc est, per vim, vel metum gravem iniuste, directe, seu indirecte inducentes aliquem ad matrimonium contrahendum. *Trid. S.ß. 24. cap. 9.*

XXIII: Cogentes fœminam ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum religionis habitum, vel ad emitendam professionem: vel ad id favorem dantes, vel autoritatẽ præstantes. *Trid. Sess. 25. cap. 18. De regularibus*

XXIV. Quoquomodo iniuste impediens fœminam, ne religionis habitum sumat, seu professionem emittat. *Trid. ibidem.*

XXV: Audentes impugnare contemptum pietatis in contionibus, vel disputationibus. *Leo X. Bulla 11. inter multiplices.*

XXVI. Commissarios Cruciatæ extrahentes fratres minores de observantia

ad

ad prædicandū Cruciatam sine Superiorū  
licentia. Leo X. *Bulla* 24. *non sine mentis*,  
in Bullario Roderici.

XXVII: Præsumentes edere com-  
mentarios in decreta Tridentini. Pius 4.  
*Bulla* 73. *Benedictus*; hoc est, tractatus ex  
professo agentes de Tridentini decretis.

XXVIII: Violantes exemptionem  
Ordinum mendicantium, etiam Monialū,  
pro eorum personis, bonis, colonis, mer-  
cibus, & animalibus, à solutione gabel-  
larum, & quarumcumque contributio-  
num, ac onere hospitandi milites. Pius V.  
*Bulla* 11. *Dum ad*.

XXIX: Depingere, aut deaurare  
Agnos Dei à Papa benedictos, vel reti-  
nere pictos, & venales proponere auden-  
tes. Gregorius 13. *Bull.* 2. *omni*.

XXX: Fœtus animati abortum sciē-  
ter procurantes per se, vel per alios, ope,  
consilio, vel alia ratione. Sixtus V. *Bull.*  
87. *effrenatam*; cuius rigorem modera-  
tus est Gregorius 14. *Bulla* 8. *sedes*, quo  
ad absolutionem excommunicationis,

con-

concedendo eam Ordinarijs , & quoad abortum foetus tantum animati.

XXXI: Extrahere libros , & manufcripta ex Bibliothecis Fratrum Prædicatorum , vel hoc permittere audentes. Urbanus 8. *Bulla 54. cum sicut.*

XXXII: Astrologos iudiciarios, de statu reipublicæ Christianæ , vel de morte Romani Pontificis iudicia facientes, eos consulentes, illis vè vtentes: vel impedire præsumentes, Ordinarios, seu Inquisitores in præmissis procedentes. Urbanus 8. *Bulla, inforutalis.*

XXXIII: Impedientes aditum Religioforum cuiusvis Ordinis ad Iapponicas, & alias Indiæ Orientalis Provincias. Item in Regulares ibi mercaturæ operam dantes. Urbanus 8. *Bulla 126. Ex debito.*

### CONTRA CLERICOS.

XXXVI: SACERDOTES officium pro Regibus, aut aliam Præfecturam sæcularem habere præsumen-

tes, si admoniti non desistant. *cap. 5. ne Clerici, vel Monachi.*

**XXXV:** Sacerdotes, aliosque dignitatem, aut personatum habentes, medicinam, aut leges audientes. *cap. 10. eodem titulo.*

**XXXVI:** In sacris, qui matrimonium contrahere præsumunt. *Clement. unic. De Consanguin.*

**XXXVII:** Alienare bona Ecclesiastica immobilia, vel movilia pretiosa, quæ servando servari possunt, præsumentes, si illorum administrationem habeant, & ea recipientes sine iusta causa, & solemnitate, ac Papæ consensu. Permittitur locatio ad triennium, & emphyteusis in causis à iure permissis. *Extrav. ambitiosa, de Reb. Eccle. non alienandis.*

### CONTRA REGULARES,

**XXXVIII:** **C**ausastro exeuntes ad audiendas leges aut medicinam, & intra bimestre non rede-



redeuntes *cap. 3. Ne Clerici, vel Monachi.*

XXXIX: Habitum suæ religionis temere sine rationabili causa dimittetes: *cap. et periculosa, ne Clerici, vel Monachi in 6.*

XXX: Ad quævis studia extrâ claustrum temerè accedentes sine licentia sui Prælati, & consilio Conventus. *Ibidem.*

XXXI: Decimas sibi vsurpare præsumentes, si intra bimestre non satisfecerint: vel eorum solutionem impredientes, si moniti intra mensem non desisterint. *Clement. 1. de decimis.*

XXXII: Tenentes arma intra Monasterij septa sine Abbatis licentia. *Clement. de statut. Monach. solum ferit Monachos Benedictinos.*

XXXIII: Moniales matrimonium contrahere præsumentes. *Clement. unic. de Consang.*

XXXIV: Mendicantes recipientes nouas domos ad habitandum, vel alienantes

tes

tes iam receptas sine licentia Papæ. *Clement. expien. es, de pœnis*. Minores habent privilegium trãsterendi monasteria. *Leo X. Ita Hieron. Rodericus resolut. 45. num. 7.*

**XXXV:** Non servantes interdictum generale, vel cessationem à Divinis, quã vident servari à Cathed. seu Paroch. Ecclesia. *Clement. de senten. Excomm.* Regulares circa hoc habent privilegium.

**XXXVI:** Fratres Minores, & Moniales Sanctæ Claræ præsumentes vti Bulla Cruciatã sine Prælatorum licentia. *Leo X. Bulla 24. non sine, in Bullario Roderici.*

**XXXVII:** Eisdem audentes admittere ad Religionem descendentes intra quartum gradum à Iudæis, vel hæreticis, quorum corpora, seu statua fuerunt igni tradita. *Paulus 4. Bulla 2. cum, in Bullario Roderici.*

**XXXVIII:** Eiusdem ordinis Prælatos, qui Religioso pœnas remittere, vel gratiam, seu honores, & officia concede-

cedere audent ad petitionem personæ extra ordinem, vel Religiosos hac via procurare illa, vel oblata recipere præsumentes. Paulus V. *Bulla* 114. *admonemur*. Pro Conventualibus, *Bulla* 116: Pro Minimis, *Bulla* 117: Pro Augustinis, 35. & 48. Pro Benedictinis, *Bulla* 98. & pro Carmelitis, Clem. 8. *Bulla* 23. *quoniam nemo*. Pro Cruciferis, *Bulla* 109.

IN PERSONAS PVBLICAS:

XXXIX: **E** Pis copos Romam late-  
ter petentes, & ab ea  
recedentes, non obtenta à Papa disce-  
dendi licentia, & præsumentes recipere  
illos, non admonito Pontifice. *Extrav. 2:*  
*de Maiorit. & obedient.*

L: Nuntios Apostolicos missos ad  
Reges, aliosque Principes, & ab his fa-  
vores procurare præsumentes, ut Papa  
dignitates conferat ipsis, & eorum con-  
sanguineis. Pius 4. *Bulla* 96. *Et si*.

LI: Dominos temporales, qui suis

sub

Subditis præcipiunt, ne personis Ecclesiasticis aliquid vendant, aut ab eis emant; neque ipsis triticum molant, panem coquant, aut alia communia obsequia exhibere præsumant. *cap. eos, qui, de immunit. Eccles. in 6.* si fiat mandato: nam si fiat statuto, iã est in *excom. 15. Bulla cœna.*

LII: Magistratus, & Iudices facientes seruari statuta libertati Ecclesiæ contraria: vel non facientes illa deleri de libris. *cap. noverint. 49. de Sent. Excomm.*

LIII: Eosdem præsumentes fovere vsuras, aut compellere ad earum solutionem. *Clement. unica, de vsuris.*

LIV: Eosdem circa clausuram Monialium non præbentes auxilium Episcopis, si ab eis requiratur. *Trid. Sess. 25. cap. 5. de regularib.*

LV: Doctores universitatũ, & gymnasiorũ, & alios facultatem doctorandi habentes, si patiantur aliquem ad Cathedras, vel ad gradum promoveri, non facta fidei professione. *Pius 4. Bulla 88. in Sacrosanct.*

Qq

56.

LVI: Gubernatores, & alios quoscumque præsumentes concedere licentiam ferendi archibusetos, vel arma breviora tribus palmis, vel ea deferentes in alma vrbe, seu statu Ecclesiastico. Pius 4. Bull. 49. & Pius 5. in Bull. 145. cum vices.

Alias excommunicationes præter hic expressas, si in aliquo auctore legis, scito, aut esse revocatas, vel ferendas, non latas; vel speciales, aut in iure, vel in vsu non esse; idcirco sine sufficienti fundamento eis credere noli. Nullam, vt ab alio relatam, retuli, sed quia in suo fonte vidi. Bullas absolute citatas vide in Bullario Cherubini.

### NOTABILIA PRO DICTIS,

**E** piscopi, Rectores, Confessarij, Sacerdotesculares, & Regulares tenentur sub peccato mortali penes se habere, legere, & percipere transsumptum Bullæ cælestis Domini ex can. eiusdem; quia Summus

Pon

Pontifex in ea, ut in lege, utitur modo imperativo: materia est gravis, & obnoxia maximis errandi periculis, ne absolutio invalide detur. Trident. *sess.* 14. *cap.* 7.

Ab excommunicationibus Papæ reservatis in Bulla cœnæ, & extra (excepta ob hæresim) potest quis à confessario semel in vita, & semel in articulo mortis virtute Bullæ Cruciatæ, absolui; simili modo bis, si alia sumatur, ex eadem Bulla; siue casus sint publici, siue occulti: potest Episcopus, si sunt occulti, ut Papæ Delegatus, absolvere.

Confessarij Regulares ab omnibus peccatis, & censuris, etiam Papæ reservatis, extra Bullam cœnæ absolvere possunt, quoscumque fideles toties quoties, Paulus 3. *Bulla* 7. *cum inter.* in Bullario Roderici.

Ab excommunicationibus nulli reservatis quilibet confessarius absolvere potest: *cap. nuper.* 29. *de Sent. Excomm.* extra etiam pœnitentiæ Sacramentum. De-

Qq 2

lieta

licta supradicta sūt Papæ reservata ratione excōmunicationis: ea ergo per absolutiōnē ablata, vel per ignoratiā nō incurta, quilibet cōfessarius potest ab illis absol, vere. Vnde, si hæreticus ratione ignorantia excommunicationis, eam non incurreret, peccatum eius posset à quolibet confessario absolui, quia non est reservatum.

Quando excommunicatio fertur in eos, qui hoc facere præsumpserint, ausi fuerint, contempserint, aut consultò, scienter, temerè fecerint: quælibet censuræ ignorantia iuris, vel facti, invincibilis, vincibilis, crassa, supina, & affectata, excusat ab ea, quia præsumptio, audacia, temeritas supponit scientiam, quæ excludit omnem ignorantiam, nisi hæc coniuncta sit cum ingenti temeritate, quæ est vehemens censuræ suspicio, quæ reputatur pro scientia.

Quando vero absolute fertur sine aliquo ex dictis verbis, invincibilis ignorantia, actualis inadvertentia, obli-

vio,

vio, vel naturalis inconsideratio, licet adsit habitualis scientia, excusant à censura, quia à culpa. Nota ergo legis verba. Hæc doctrina est magnæ consolationis Confessarijs, quia ipsi possunt ab excommunicatione laicos frequenter excusare, multosque scrupulos sedare.

In dubio iuris, vel facti, an quis incurrerit excommunicationem, facta debita diligentia, dic non incurrere ex regula: *in dubijs melior est conditio possidentis*: cum ergo quilibet possideat ius communicandi cum fidelibus, in dubio non debet ea possessione privari.

Dubitabis, quid intelligatur per iniicere manus violentas in Clericum, vel Monachum? Respondetur intelligi factum, & opus iniuriosum contra Ecclesiasticam personam, sive fiat manibus, sine pedibus: unde factum, vel opus iniuriosum aliud est principale, aliud accessorium: principale est



est ipsa iniectio manus violentæ in personam , illam persequendo furiosè, ita vt cogatur aliquod malum pati: vel detinendo in custodia , vel in alio loco , à quo non possit exire sine dedecore, & pudore: vel in illam conspuendo, aut virga percutiendo.

Aut in res , eripiendo violenter è manibus , aut violentiam faciendo rebus adherentibus Clerico , V. G. violenter detinendo per vestes , easdem lacerando , cohibendo equum fræno, aut frangendo frænum equi , dum Clericus eo utitur.

Accessorium est mandare percussione, sequuto effectu: eã, nomine suo factam, ratam habere consentire, consulendo, auxilium, & favorem præstando, non impediendo, cum teneatur ex iustitia, vel charitate absque proprio periculo licet Clericus velit, & consentiat percussioni, quoties percussio est iniuriõsa: & quod maius est, si Clericus seipsum percutiat , quia huiusmodi percussio est statui Clericali

iniuri

iniuriosa, cui persona privata non potest cedere: ita cõmuniter Doctores, licet aliqui negent.

Petes, si ante sententiã Iudicis sit vitandus percutiens Clericum publice, & notorie? Respondetur negative, quia, vt vitetur publicus percussor Clerici, tamquã excommunicatus, necesse est, vt talis percussio nulla possit tergiversatione celari, & nullo iuris remedio, vel suffragio excusari, vt habetur in extravaganti Martini Quinti in Concilio Constantiensi, quæ incipit, *ad evitanda*: & aliud est esse notorium factum, aliud est, nullo iuris remedio posse excusari: potest enim quis Clericũ percutere sine peccato mortali, aut quia percutiens erat æbrius, aut quia in suã defensionẽ percussit, aut quia percusserit ignorando excommunicationẽ percussioni esse annexam, aut quia percussio fuerit per actum primò primum.

(? ✠ ?)

F I N I S





